BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

ADNOTATIONES SVPER LVCANVM

EDIDIT
I. ENDT



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

ADNOTATIONES SVPER LVCANVM

EDIDIT

IOANNES ENDT

EDITIO STEREOTYPA EDITIONIS
ANNI MCMIX



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMLXIX

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

Verlags-Nummer 1503

Printed in Germany
Druck: Julius Beltz, Weinheim a. d. B.

ALFREDO HOLDER

S.

PRAEFATIO.

I.

Adnotationes super Lucanum primus Franciscus Oudendorp anno 1728 una cum verbis Lucani edidit, non integras, sed selectas. Interdum a lectione unius codicis, quem adhibuit, recedunt; nam multa scholia et locos corruptos aut omisit aut pro iis coniecturas suas edidit mori aetatis suae indulgens. Praeterea Adnotationibus alia scholia aspersit, quae in Vossiano primo invenerat.

Scholia, quae Oudendorp ediderat, C. F. Weber adhibuit, qui anno 1831 Scholiastas publici iuris fecit, quibus magnam congeriem scholiorum varii ordinis contulit. Inter alios codices Berolinensi 35 usus est, qui non Adnotationes, sed retractationem Adnotationum tradit. Quare eius scholia a lectione librorum bonorum discrepant, qui Adnotationes exhibent. Praeterea Berolinensis multis mendis scatet, quae in Parisino 7900 A non sunt. Quare editione Weberi quasi fundamento uti mihi non licuit, sed transscribi integrum scholiorum corpus oportuit.

II.

Nova editio quinque codicibus nititur: Wallersteinensi, Bernensi, Leidensi, Bruxellensi, Pragensi, ita ut *W' C* duces sequatur. Nam Adnotationum exhibent meliorem recensionem quam *G'*, ubi nonnulla scholia intrusa sunt, quae in *W' C* frustra requiras.

Codex Bernensis litt. 370 saec. X (*C*) Adnotationes non integras exhibet. Hodie leguntur scholia ad I 394 usque ad III 65 (*Utraque*), III 182 (*puppes tenent*) usque ad IV 824, IX 17 (*postea in senatu*) usque ad versum 36 libri X. Sed verba fol. 179 (X 1—36) maximam partem

detrita et evanida sunt. Scholia ad I 1 usque ad 396 Commentis intermixta sunt, sed desunt nonnulla.

Adnotationes integrae extant in codice Wallersteinensi I 2 in bibliotheca principis de Oettingen-Wallerstein in vico Maihingen asservato saec. XI./XII. (*W*). Is cum *C* multa scholia servavit, quae in aliis libris non sunt. Uterque codex tradit Adnotationes sine verbis Lucani singula scholia littera K. disiungens, quae nota nonnullis locis falso adscripta, aliis omissa est. *C* in foliis quibusdam spatium vacuum reliquit, in quo K. pingeretur, sed omissum est. Rarius sine nota K. et sine spatio vacuo scholia inter se sequuntur.

C interdum lectionem tradit meliorem quam *W*. Tamen ex eodem fonte fluxerunt. Nam III 205 in utroque codice lacuna est, ubi scriba propter homoeoteleuton oculis aberravit: *ubi pinus plurimae nascuntur. Nam Graece πίτυς pinus dicitur.* Verba *plurimae ... pinus* in *W C* desunt. Aliis locis iisdem vitiis laborant, ut.

II 95	semitoris	senatoris *G'*
488	signis	segnis *G'*
638	nos	nox *G'*
III 182	plebeis	phebeis *G'*
200	eurotae	europae *G'*

Proxime ad *W* accedit codex Leidensis Vossianus XIX f. 63 saec. X. (*U*), ita ut eidem archetypo utrumque adscribas, quare pro $W + U$ scribi potest *W'*. Nam IV 579 lacunam habent, aliis locis a *C* recedunt, ut

	W'	*C*
III 547	ut sinum	ut in sinum
IX 440	nam mundi	dam nunt mundi

Cum *W* scholia ad complures versus uno tenore scribit, idem in *U* invenitur. Nonnusquam *U* lectiones codicis *W* neglexit et cum aliis facit. Locos poetarum plerumque omisit, quos *C* et *W* praebent.[1])

1) Confer 34. Jahresbericht des k. k. deutschen Staatsgymnasiums in Smichow (1908), p. 11 sqq.

Lectiones codicum *WCU* ita cognatae sunt, ut hi libri uni classi codicum vel recensioni Adnotationum adnumerandi sint. Cum hac faciunt lectiones scholiorum ex Adnotationibus excerptorum, quae Hermannus Genthe e codice Montepessulano edidit, emendavit, commentario instruxit. Sunt autem haec: ad I 222, III 281, IV 5, 10, 15, 20, 21, 23, 30, 34, 45, 47, 53, 57, 56, 58, 59, 60, 63, 71, 83, 84, 87, 99, 104, 107, 110, 115, 116, 126, VI 427. Iis locis, ubi excerptor scholia non mutata recepit, cum *W'C* congruunt; sed nonnusquam verba aut sententias omisit, alia addidit, ut IV 15, 30, 53. Sed III 281 cum *W'* *bratteolis*. IV 15 *aut Iris* scribit, IV 10 *unde* omisit ante *Celtiberia*, IV 116 *fluvius* pro *fluviis* exhibet, IV 110 *petit a singulis poeta*, cum *G'* *petit singulos poeta* habeat. Pluribus verbis de hac re agitur in libro Fünfunddreißigster Jahresbericht des k. k. deutschen Staatsgymnasiums in Smichow.

Reliquum est, ut de codice bibliothecae universitatis Pragensis 632 (IV C 5) pauca dicam. Est chartaceus, scriptus anno MCCCLV, continens commentarium in Lucanum ab I 1 usque ad VII 755. Scriptor in Gallia cisalpina vitam egit; nam ad VI 277 dicit: 'predicta omnia ego meth vidi tamquam officiatus super illos qui aggeres custodiunt ne rumpantur ab impetu aque Padi". Sed anno MCCCLV loco, ubi habitare consueverat, relicto inter eos fuit, qui cum Carolo IV rege Romano et Bohemiae Pisis commorati sunt, ut inde Romam iter facerent. In hoc itinere commentarius partim scriptus est.

Commentator plures codices Lucani adhibuit, maxime autem in usum suum contulit multa scholia Adnotationum. Quod multotiens ea sine ulla mutatione recepit, alia paulum mutata, facile cognosci potest, cuius generis codex fuerit, ex quo scholia sumpsit. Plerumque cum *W* consentit, quod iis locis videmus, quibus *W* solus scholion aut partem scholii tradit, reliqui omiserunt, ut V 155, 372, 428, VI 345, 749 (ubi locos Vergilii *W* solus exhibet); II 52; V 419 (ubi *litoraque Epiri legimus* in *W'* legitur, in *G'* omissum est). Sed de hac re alio loco pluribus agam. Praeterea com-

mentator verba scholiorum, ut in suo codice viderat, in suum librum recepit, ita ut recensionem *W'C* servaret aut menda eius non corrigeret, velut II 253 *quia*, II 438 *ad*, *eurote* III 200 (cum *W'*, *eurothe C'*), III 215 *finitimis* sine *gentibus*, III 272 *qui*, VI 663 *qua*, *ambit* omis., V 25 *non*, VI 18 *duobus*, 195 *caristum*, 506 *maiore statu*, 612 *alius repellebat*. His quoque locis commentator suum codicem cum *W*, *W'*, *WC* cognatum esse docet.

Similis codex est bibliothecae Palatinae Vindobonensis N. S. 293, saec. XII., de quo me Iosephus Bick monuit. Sunt bis bina inter se continentia folia nuper codici 2189 detracta. Continetur commentarius ad Luc. III 400 — IV 222 et V 13 — V 383 binis columnis scriptus minimis litteris. Inter alia scholia Adnotationes occurrunt, plerumque aliquo modo mutatae. Accuratius inspicienti nonnullis locis cum *W'CG'* eas facere patet, ut III 520, ubi *etiam illas* cum *W'CG'* ponit (*illas etiam AR'*), 723 *de duabus facta rebus*, aliis cum *AaR'V*, velut III 420, ubi *iam* omisit ut *AaR'V*. Quare haec scholia e codice *AaR'V* simili fluxisse veri simile est. Quae res firmatur, quod hic illic scholia, quae in *AaR'V* solis leguntur, recepta sunt.

Altera classis recensionis Adnotationum liber Bruxellensis et Pragensis sunt. Bruxellensis 5330—32 bibliothecae Burgundicae, olim Gemblacensis, saec. X. (*G*) non omnia scholia Adnotationum exhibet. Tamen in numero bonorum librorum est; nam saepe lectionem tradit, quae corruptum locum sanat aut lacunam in *W' C* explet. In altera parte lectionum cum libris *AR'V* facit. Praeterea scholia habet, quae in *W' C* non leguntur et e Servio aut Isidoro descripta sunt. Praecipue in scholiis libri primi usque ad versum 396 cum *AR'V* aliam recensionem atque *W'C* praebet. Confer 32. Jahresbericht des k. k. deutschen Staatsgymnasiums in Smichow (1906). In decimo quoque libro multis locis alia scholia atque *W* tradit, quae maximam partem cum *AR'* congruunt.

Scholia codicis *G* in Pragensi 1627 (VIII H 9) saec. XII (*P*) leguntur. Qui libri ita consentiunt, ut ex *G* et *P*

vetustiorem codicem G' facere possimus. P quamquam duodecimi saeculi est, tamen librum G nonnullis locis superat. Primum scholia codicum $W'C$ ad I 1—396 tradit, deinde multas lectiones $W'C$ retinuit, quas G corrupit; tum scholia in G praeterita exhibet.

Descriptus videtur esse G' ex codice, in quo scholia sola fuerunt; nam interdum scholion finit verbo, quod est lemma sequentis adnotationis, ut II 533 (*bellum*), III 724 (*descendit*), V 456 (*concussit*), VII 205 (*fidelis*). His locis lemma quidem extat, scholion omissum est.

Hic illic scriba oculis aberravit, ut II 540, ubi verba *bellum iustum geremus. PATRIAE SED VINDICIS I. id est vocari decet. QUAM CUM CATILINA* desunt.

Eidem classi Lipsiensis in bibliotheca senatus, insignitus Rep. I Nr. 10 a, attribuendus est; ut mutilum praetermisi.

III.

Scholia Adnotationum praeterea in libro Parisino 7900 A saec. X. (A), Guelferbytano 41, 1 MS. Aug. F. saec. XII. (a), Berolinensi 35 saec. XIII. (D), Monacensi 14505 saec. XI. (R), Leidensi Vossiano XIX q. 51 saec. X (V) leguntur. Sed in his scholia retractata invenimus: multa desunt, alia Adnotationum loco imposita, loci ex Isidoro, Servio, aliis sumpti sunt. Quoniam retractio Adnotationum codicum $AaR'V$ a vera lectione recedit, horum librorum lectionem non semper adnotavi, sed iis locis attuli, in quibus meliorem lectionem praebent aut ubi cum W' vel G' faciunt, ut intellegere possis, ex quo fonte fluxerint. Praeterea AR' in margine posui, ubi boni libri excepto codice W vel W' vel WC desunt et AR' ab his non recedunt.

Sed ut omnia scholia habeamus, quae in his codicibus leguntur, etiam ea edenda sunt, quae $AaR'V$ praeter Adnotationes retractatas praebent. Haec a me iam collecta et recognita sunt.

IV.

In orthographia librarii codicum $W'CG'$ sibi non constant. Quoad potui scripturam codicum retinui, quare

Vergilius et *Virgilius* scripsi ut libri. Ceterum *adf-* et *aff-*, *ads-* et *ass-*, *inp-* et *imp-* promiscue in eodem codice leguntur. *G* semper fere *pompeii, -cunque, tanquam, phtholomeus* exhibet. In *P* plerumque *michi, nichil silicet* legitur. In nominibus propriis *e* pro *ae* traditur, ut *Ptolomeus, Sceva, Gneus.*

V.

E codice Pragensi 632 scholion ad II 626 adferre libet: *CUM CERAUNIA ABIERE IN NUBES ceraunia enim sunt sumitates undarum, nam quanto plus mare turbatum est tanto plus unde maris sunt maiores, et quando* (leg. *quanto*) *magis sunt altiores, tanto verisimilius attingunt ad nubes. hoc dico iudicio meo, Vacha tamen dicit quod Ceraunia sunt montes epiri, et dicit, in nubes autem abiere dixit nubibus contegi cum non videntur, et ita manet ipsius expositio punctualiter.* Hoc loco Vacha nominatur auctor expositionis, quam commentator suae adiungit. Conferamus cum expositione Vachae Adnotationes ad II 626:

Vacha:	Adnotationes: IN NUBES
Ceraunia sunt montes epiri, et dicit, in nubes autem abiere dixit nubibus contegi cum non videntur.	A. C. Ceraunia montes sunt Epiri. 'In nubes autem abiere' dixit, cum nubibus contecti non videntur.

Verba 'et dicit' commentator addidit usque ad 'dixit' nihil mutans nisi 'sunt montes' pro 'montes sunt'. Sed quae sequuntur, ab Adnotationibus recedunt. Verum voces 'cum nubibus contecti non videntur' in Adnotationibus scripta sunt *CG'* ducibus. Quare lectio *W'* adicienda est:

Vacha:	*W'*:
nubibus contegi cum non videntur.	nubibus contegi (contege *U*) cum non videntur.

Ergo quae *W'* exhibet, cum scholio Vachae sive Vaccae congruunt. Idem de voce 'abiere' dicendum est, quod *G'* 'abire' tradit. His rebus fit, ut scholion Adnotationum ad II 626 ex Vaccae commento fluxisse concludamus.

Quod autem apud commentatorem plus quam quadringentis locis scholia Adnotationum inveniuntur partim prorsus immutata, partim leviter mutata, haec ex Vaccae expositione sumpsisse videtur ut illud ad II 626. Accedit, quod vita Lucani codicum *WCFQ* Vaccae attribuitur et scholion Adnotationum ad II 322. Praeterea lectiones varias carminis Lucani commentator tradit, quae cum *M, B, MB* faciunt, ut *deducto* III 584, *laudi* IV 503, *recedunt* III 659, *descendit* III 724. Idem in *WC* videmus, ut *piniferae* I 389, *pendenti* I 435, *praecepisse* II 106, *redduntque* II 218, *persequar* II 303. Haec omnia comprehendenti dubium esse non potest, quin Adnotationes recensionis *W'C* ex Vaccae expositione fluxerint.

Restat, ut principi de Wallerstein-Oettingen gratias agam quam plurimas, quod mihi codicem *W* conferre permisit eumque Pragam mitti iussit, Henrico Türler, praefecto archivii rei publicae Helvetiae, quod mihi petenti scholia *C* I 1 usque ad 396 contulit, Ottoni Keller et Paulo Wessner, quod me aliquot locis consilio adiuverunt, Carolo Holzinger equiti ab Weidich, quod voces Graecas IX 960 sanavit, bibliothecarum Bernensis, Bruxellensis, Leidensis, Pragensis, Wallersteinensis praefectis

Pragae, mense Ianuario a. MCMIX. **I. Endt.**

INDEX.

HOC VOLVMINE continentur haec:

SIGLORUM CONSPECTUS.

C = Bernensis 370 saec. X.
W = Wallersteinensis I 2 saec. XI./XII.
U = Vossianus XIX f.63saec.X.
W′= W + U.
G = Bruxellensis 5330—32 bibliothecae Burgundicae, olim Gemblacensis, saec. X.
P = Pragensis 1627 (VIII H 9) bibliothecae Universitatis, saec. XII.
G′= G + P.
E = Erlangensis 304 saec. X.
A = Parisinus Lat. 7900 A saec. X.
a = Guelferbytanus 41,1 MS. Aug. F. saec. XII.
R = Monacensis 14505 saec. XI.
D = Berolinensis f. 35 saec. XIII.
R′= R + D.
V = Vossianus XIX q. 51 saec. X.
B = Bernensis 45 saec. X.
F = Parisinus Lat. 9346 saec. XI.
M = Montepessulanus H 113 saec. IX./X.
Pa = Parisinus bibl. publ lat. 7502 saec. X.
Q = Monacensis 4610.

Lectiones codicis *B* ex Commentis Bernensibus (ed. ab Usenero), *F*, *M*, *Pa*, *Q* ex altera editione carminis Lucani ab Hosio confecta sumpsi.

Co = Commenta Bernensia.
Oud. = Oudendorp.
Maur. = Sallustii historiarum reliquiae ed. Maurenbrecher.

Coniecturae nomine auctoris non addito editoris sunt.

VITA

M. ANNAEI LUCANI

ex Vaccae qui dicitur commentario sublata.

Codd. WCFQ

M. Annaeus Lucanus patrem habuit M. Annaeum Melam ex provincia Baetica Hispaniae interioris Cordubensem equitem Romanum, inlustrem inter suos, notum Romae, et propter Senecam fratrem, clarum per omnes virtutes virum, et propter studium vitae quietioris, quod sequens magis a turba recedebat, minus latebat. Matrem habuit et regionis eiusdem et urbis Aciliam nomine, Acilii Lucani filiam, oratoris operae apud proconsules frequentis et apud clarissimos viros non nullius ingenii: adeo non inprobandus, ut in scriptis aliquibus hodieque perduret eius memoria; cuius cognomen huic [poetae] inditum apparet. Natus est III Nonas Novembris C. Caesare Augusto Germanico II, L. Apronio Caesiano consulibus. Sed in patria sua non valuit educari, fatorum credo decretis, ut id ingenium, quod orbem fama sui inpleturum cresceret, in domina mundi aleretur urbe. Octavum enim mensem agens Romam translatus est. Ac ne dispar eventus in eo narraretur eius, qui in Hesiodo refertur, cum opinio tunc non dissimilis maneret cunas infantis, quibus ferebatur, apes circumvolarunt osque insidere conplures aut dulcem iam tum spiritum eius haurientes aut facundum et qualem nunc aestimamus, futurum

---

ANNOTATIONES SUP̱ IUCANUM · M̄ ANNEVS *W*
C initio mutilus || 4 menelam *Q* || 6 Romanum *om. FQ* | illustrem virum *Q* || 9 regionis *ed. 1477* religionis *codd.* || 13 duret *WF* | memoria eius *F* || 14 poetae *vulgo deletur* || 15 g. *WF* | germanio n. *Q* || 16 Apronio *Weber* primo *codd.* | consule *Q* | sed et in *WF* || 18 in] et in *C* || 23 inhaurientes *WF* || 24 facundum *Bipontina* faecundum *W* secundum *Q* | nunc *om. F*

significantes. A praeceptoribus tunc eminentissimis est eruditus eosque intra breve temporis spatium ingenio adaequavit, una vero studentes superavit profectibus. Declamavit et Graece et Latine cum magna admiratione audientium. Ob quod puerili mutato in senatorium cultum et in notitiam Caesaris Neronis facile pervenit et honore vixdum aetati debito dignus iudicatus est. Gessit autem quaesturam, in qua cum collegis more tunc usitato munus gladiatorium edidit secundo populi favore; sacerdotium etiam accepit auguratus. Equidem hactenus tempora habuit secunda. Quae sequuntur autem mutata invidia et odio Neronis ipsi exitium, domesticis luctum miserabilem adtulerunt. Cum inter amicos enim Caesaris tam conspicuus fieret profectus eius in poetica, frequenter offendebat; quippe et certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus et ex tempore Orphea scriptum in experimentum adversum conplures ediderat poetas et tres libros, quales videmus. Quare inimicum sibi fecit imperatorem. Quo ambitiosa vanitate, non hominum tantum, sed et artium sibi principatum vindicante interdictum est ei poetica, interdictum est etiam causarum actionibus. Hoc factum Caesaris iuvenili aestimans animi calore speransque ultionem a coniuratis in caedem Neronis socius adsumptus est, sed parum fauste. Deceptus est enim a Pisone et consularibus aliisque praetura perfunctis inlustribus viris: dum vindictam expetit in mortem inruit. Nam sua

1 A *add. Bipontina* ‖ 3 stupentes *F* ‖ 4 et *pr. om. Q* ‖ 7 est iudicatus *FQ* ‖ 9 secundo *incipit C* ‖ 12 et domesticis *F* | luctu (tu *postea add.*) miserabile *C* ‖ 13 Cum *om. CW* ‖ 14 eius *add. Reifferscheid* ‖ 15 offendebat *Weber* offendebatur *C* ostendebatur *WFQ* | penta e rico *ssc* te *W* penteterico *C* pentaterico *FQ* ‖ 16 conversatus F_1 ‖ 17 ex eo *F* | adversum *Weber* ac verum (vero *F*) *codd.* ‖ 18 cum plures *W* | tres] ceteros *Weber* ‖ 19 fecerat *CQ* ‖ 20 unitate *WF* imitante (it *a m. 2*) *C* ‖ 21 vindicantem *WF* | poeticae *Q* | interdum *W* inderdictum (ict. *int. l.*) *C* ‖ 22 actio *F* ‖ 23 iuvenilia *C* iuvenilis estuans *F* ‖ 25 est *om. vulgo* ‖ 25 Detectus etenim cum P. *Usener* ‖ 26 consulibus *F*

sponte coactus vita excedere venas sibi praecidit periitque pridie Kal. Maias Attico Vestino et Nerva Siliano consulibus XXVI aetatis annum agens non sine iactura utilitatis cum patriae, quae tantam inmature amisit indolem, tum studiorum quoque. Reliqui enim septem belli civilis libri locum calumniantibus tamquam mendosi non darent, qui tametsi sub vero crimine non egent patrocinio: in iisdem dici, quod in Ovidii libris praescribitur, potest: 'emendaturus, si licuisset, erat'. Extant eius conplures et alii, ut Iliacon, Saturnalia, Catachthonion, Silvarum X, tragoedia Medea inperfecta, salticae fabulae XIIII et epigrammata, prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo, de incendio urbis, epistolarum ex Campania, non fastidiendi quidem omnes, tales tamen, ut belli civilis videantur accessio.

---

1 praecidit venas suas et periit *F* ‖ 3 sillano *Q* silano *WCF* | XXVI *M. Hanke* XXVII *WCF* XXXVIII *Q* | &atis *W* *sine* et ‖ 4 patriae *Omnibonus* patria *codd.* ‖ 5 indolentum *C* ‖ 6 belli *C* illi *WQ* ‖ 7 darent . . . patrocinio] darent h'd patrocinio *Q* | tametsi *vulgo*] tamen etiamsi *C* tamen etiam *WF* ‖ 8 in . . . praescribitur *om. F* | hisdem *WC* | quod non vidi *W* ‖ 9 perscribitur *WQ* | post *codd.* ‖ 10 uti | lia consaturnalia *W* ‖ 11 ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΝ *Q* cataxcomon *C* Katafconion *W* K. *F* ‖ 12 et *del. Reifferscheid* | epigrammata (*vel* hippasmata) *Weber* appāmata *Q* ippamata *WCF* | octavum *Q* ‖ 13 eo, de *Omnibonus* eodem *codd.* ‖ 15 ut civilis bellis *W* | civili *Q*

DE BELLO CIVILI INTER CAESAREM ET POMPEIVM.

Codd. WCGD

Cum tres imperatores Romanum imperium tenerent: Caesar, Pompeius et Crassus, adversus Parthos missus est Crassus, qui facto foedere contra ius pacis per insidias ab his trucidatus est. Medio tempore Caesar quoque, cuius filiam habebat Pompeius uxorem, missus est contra Gallos; quos cum decem annis pugna subegisset, petit, ut triumphus sibi decerneretur a senatu. Illo in tempore princeps curiae Pompeius erat, qui invidens gloriae Caesaris hoc adnui non permittit. Iratus igitur Caesar ob praemium virtutis ereptum arma sumpsit Pompeium persecuturus. Qui cum ad urbem adpropinquaret, fugavit ipso terrore Pompeium. Qui cum in Thessalia rem belli male gessisset, convertit se ad Aegyptum, ubi Ptolomaei, ad quem confugerat, fraude est interemptus et Caesari venienti caput est eius oblatum.

---

3 tenerent imperium *WD* || 4 iulius caesar. magnus pompeius *G* || 6 trucidatus ... medio] pęnas mortis excepit. Et medio *G* interfectus est. Medio *D* || 8 XI *D* || 9 petiit *GD* | a senatu *om. GD* || 10 In illo *G* || 11 aduni *W* | permisit *GD* || 12 ob ... ereptum] propter negatum sibi virtutis triumphum *GD* || 13 Pompeium ... 14 Qui] contra pompeium Et *GD* (*pro* Et *D* quod *exh.*) || 15 male] non bene *GD* | ad Aegyptum *om. D* || 16 fraude dira *D* || 17 interemptus *om. W* | eius oblatum est *GD* allatum *W*

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

MBWCE

Primus liber continet causas belli civilis adventumque Caesaris ad Italiam cum exercitu C. Curionis et aliorum tribunorum plebis, qui [a] senatu erant expulsi, adhortationem, ut bello honores repetat Caesar, quos Pompei et Pompeianorum factionibus perdiderat; exhortationem Caesaris ad milites evocatos exercitus, qui per civitates Galliae hibernabat; profectionem Pompei et consulum et senatus et trepidantis propter adventum Caesaris populi fugam; prodigia et haruspicis Arruntis involutam de inminentibus malis interpretationem et mathematici Figuli e signis vaticinationem bellum civile inminere et cum fine eius servitutem; matronae subitum furorem vaticinantis, quibus in locis essent futurae clades bellorum civilium eventu.

---

1 Argumentum libri primi *om. WCE sed* C^1 *exh.* Periocha Lib̃ Primi h⟨aec est⟩ || 2 Primus . . . belli *CMB*] Cavsa Belli *W*C^1 || 3 C.]. G. C^1 q. *W om. CMBE* || 4 qui C^1*E*] quia a *CB* quia *W* qui in *M* | adhortatio . . . perdiderat *W*C^1 *om. CBM* | ad(h)ortatio *W*C^1 || 6 exortatione *C* ex(h)ortatio *W*C^1, miliciae sevocatos *B* | exercitus C^1 exercitumque *MBWC non liquet E* | quae *B* || 8 hiemabant *W*C^1 hibernabant *E* || 9 caesaris. Populique *W* || 10 involutam *W* inuiolatam *E* || 11 et *B* a *M* | p. nigidii et (ex *W*) *WC* | mat(h)ematici studio significantem bellum *MBC* mathematice studio significantis bellum *W* || 13 eius] ei *C* || 14 future essent. subite clades. *W* || 15 eventu *W* eventus *BMC* | Explicit Argvmentvm *E*

LIBER I.

W C G' 1. BELLA PER EMATHIOS hos versus primos VII Seneca dicitur addidisse, ut quidam volunt avunculus Lucani, ut quidam frater.

W' C P EMATHIOS Thessaliae.

W' P PLUSQUAM CIVILIA inter generum enim et socerum gerebantur.

W C P R 2. IUSQUE DATUM SCELERI CANIMUS 'canimus' figura hypozeuxis; et in superioribus enim et infra 'canimus' subauditur.

W' C P 3. CONVERSUM id est canimus.

W G' 4. COGNATAS ACIES canimus.

W' C G' ET RUPTO FOEDERE occiso scilicet Crasso et extincta Iulia, uxore Pompei, filia Caesaris.

W' C P 7. PILA M. P. canimus.

W' C G' 8. QUI⟨S⟩ FUROR O CIVES hinc iam exclamatio poetae est.

W' C P E 9. INVISIS inimicis.

W' C P 10. BABYLON civitas Parthiae.

SPOLIANDA TROPHEIS ut ait Virgilius 'Parthosque reposcere signa', hoc est tropaeis Ausoniis spolianda.

12. NULLOS HABITURA TRIUMPHOS triumphus enim de bellis civilibus non refertur.

W' G' 16. DIES MEDIUS meridiem significat.

W C P 17. ET QUA BRUMA RIGENS ubi septentrio est constitutus.

W' C P AC NESCIA VERE REMITTI 'remitti' temperari.

W' C G' 20. ET GENS SI QUA IACET bene 'si qua', ut ipse enim tractat in decimo, dubitatio est, unde Nilus oriatur.

W' NASCENTI C. N. hoc est sub iuga isset.

CVM COMMENTIS BERNENSIBVS VEL CONGRVVNT VEL CONSENTIVNT: 2—4. 8—9. 10. 11. 17. 22. 27.

VARIETAS LECTIONIS: 2 septem *WP* ‖ 6 enim *om. UP* | gerebantur *om. U* ‖ 8 hypozeuxis *Usener* ipozeusis *corr. C* zeugsis *PR* zeusis *WprC* ‖ 12 occisione . . . crassi et morte iuliae *U* | et . . . Caesaris *om. WP* ‖ 15 iam *om. U* ‖ 18 ut . . . 19 est *om. CU* | Virgilius] *Aen. VII 606* ‖ 22 dicit *U* ‖ 24 temperiari *W* ‖ 27 s. isset sub iuga *G'R'*

24. AT NUNC SEMIRUTIS hic hyperbaton longum est. Nam- ordo est: quod semirutis tectis pendent moenia, quod lapsis muris ingentia iacent saxa, quod nulla domus custode tenetur, quod rarus antiquis in urbibus errat habitator, quod horrida Hesperia et multos per annos inarata, quod poscentibus terris manus desunt, horum auctorn on Pyrrhus vel Hannibal, sed bellum civile. W'CP

26. DOMUS CUSTODE id est tecta. WCP

30. NON TU PYRRE FEROX Pyrrum et Hannibalem posuit, quia ambo contra Romanos gravia bella gesserunt, ut ait Tullius 'Hannibal, credo, erat ad portas aut de Pyrri pace agebatur'. W'CP

31. PENUS [S]E. Hannibal. WP

NULLI PENITUS DESCINDERE hoc est usque ad intima pervenire. W'CP

34. MAGNOQUE E. P. R. D. magno parantur ut Vergilius e contrario 'haud illi stabunt Aeneia parvo hospitia'. WCP

35. DEIS etiam deis. WC

38. HAC MERCEDE PLACENT ut Nero veniat. W'C

39. POENI SATURENTUR SANGUINE MANES casus hic duo accipi possunt et nominativus pluralis 'hi Poeni manes' et genitivus singularis 'huius Poeni manes', id est Hannibalis. W'CP

41. HIS CAESAR PERUSINA FAMES ὑστεροπρότερον; primo enim Mutinae labores fuerunt, deinde fames Perusina. In Mutina enim obsessus est Brutus ab Antonio. Post Caesar Augustus collectis militibus Antonium Perusiae obsedit et fame compulit ad deditionem. W'CG

42. ASPERA C. L. Leucas mons in Epiro iuxta litus. Significat autem Actiacum bellum, ut ait Virgilius 'totum- W'CP

29—30.

3 tenentur *C* ‖ 4 erat *C* ‖ 8 id] hoc *C* | id est] pro *P* | *schol. post* domus *(l. 3) ponit C* ‖ 11 Tullius] *or. Phil. I 5, 11* ‖ 15 Vergilius] *Aen. X 493* ‖ 17 stabant *et* parva *C* ‖ 19 veniet *C* ‖ 23 YCTEPOΠPOTEPON *WP* ysteroproteron *U* isteroproteron *C* Isteroproteron est *G* ‖ 24 ante enim fuerunt mutinae *G* | perusina fames *G* ‖ 26 milibus *C* ‖ 27 obsedit perusii *G* | deiectionem *G* ‖ 29 Virgilius] *Aen. VIII 676* | actiacum subauditur bellum *C*

que instructo Marte videres fervere Leucaten'. Hic sane genere feminino posuit, Virgilius vero masculino.

43. SERVILIA B. S. A. in Sicilia enim Sextus Pompeius piraticam exercuit.

W'CG' 45. TIBI RES ACTA EST in utilitatem tuam, o Nero.

W'CP 46. ASTRA PETES SERUS bene 'serus', ut diu regnet in terris.

W'P PRAELATI satis lati.

W'CP 49. MUTATO SOLE TIMENTEM propter Phaethontem dictum, qui patris currus male rexit.

W'P 55. OBLIQUO SIDERE ROMAM adlusit; strabus enim Nero fuit, ideo 'obliquo sidere'.

57. SENTIET AXIS O. et hic adlusit; fuit enim corporis pinguis.

W'CP 60. POSITIS SIBI C. A. cum recipi in caelum coeperis.

61. OMNIS AMET deest se.

WP 62. COMPESCAT LIMINA IANI ut Virgilius 'centum aerei cludunt vectes aeternaque ferri nec custos absistit limine Ianus'.

W'CP 63. SED MIHI IAM NUMEN o Nero, quem ego ut deum sentio.

W'P NEC SI TE PECTORE V. A.' ordo: nec velim Cirrhaea secreta deum moventem sollicitare.

WCP 64. CIRREA VELIM S. nominativus pluralis 'haec secreta Cirrhaea'.

W'CP 65. BACHUMQUE AVERTERE NISA ut Virgilius 'Liber agens Nysi celso de vertice tigres'.

---

9. 11. 18.

---

1 marte etcet. In sicilia videres fervere ... genere feminino enim sextus *C* ‖ 2 feminino genere *U* ‖ 4 piraticam exercuit *om. P* ‖ 5 utilitate tua a *C* ‖ 9 foetentem (foetẹ̊ntem) *W* phetontem *U* fetontem *C* ‖ 10 qui] quasi *P* | currum patris *U* ‖ 11 alluxit *P* | nero strabus enim *U* ‖ 12 sidere dicit *U* ‖ 13 et hic] hic quoque *U* | enim] nero *U* ‖ 14 crassi *U* ‖ 16 Inque vicem amet *W* | id est *W* ‖ 17 Virgilius] *Aen. VII 609. 610* ‖ 20 numen, invocatio; o *C* | sentio a me iam deus haberis *U* ‖ 25 Virgilius] *Aen. VI 806*

69. Inpulerit populum id est fert animus exponere.

Excusserit eripuerit.

70. Invidia fatorum series exponit, quid pacem orbi excusserit.

77. Excutietque fretum ut occupet terras, cum extra litus egreditur. W'CPE

Phoebe Luna; datum autem hoc pronomen fratris, ut haec soror possit agnosci. WCP

Fratri id est Soli. W'CP

Contraria Phoebe ut uno tempore ambo videantur. W'C

83. In populum ⟨t. p.⟩ que p. sensus hic est: semper magna in se occidunt; nam nec fortuna gentes aliquas concitavit in populum terrae et pelagi potentem, hoc est in Romanos. Nec invidiam hostibus commodavit, ut urbem ipsi obprimerent, sed quia in se magna ruunt, ipsos contra se pugnare iussit Romanos et a se deleri. W'CP

84. Invidiam fortuna s. quod invidebat ipsa Romanis.

85. Facta tribus dominis communis Roma Pompeium, Crassum et Caesarem dicit.

86. In turbam missi quia stare numquam potuerunt foedera, si plures reges facti sunt; dicit autem μοναρχίαν esse debere.

Feralia foedera quod missi estis in turbam. W'P

89. In medium in commune, Virgilius 'in medium quaerebant' et alibi 'consulite in medium'. W'CP

Dum terra fretum t. q. l. aeternitatem ostendit, ut Virgilius 'in freta dum fluvii current'.

---

3 qui *W* | urbi *C* ‖ 6 egreditur litus *U* ‖ 7 hoc *om. WP* ‖ 8 haec] hoc *P* ‖ 9 id est Soli] soli scilicet *W* ‖ 11 In se m. r. *(v. 81) lemma in P* 12 aliquas gentes *U* ‖ 14 in *om. U* ‖ 15 ipsi urbem *U* ‖ 21 foedera *om. C* | MONAPXIAN *P* manarχeian *C* ɔ-cωnapxaI·Ian *U* mo norxeian *W* ‖ 23 missum est *P* ‖ 24 Virgilius . . . medium *om. U* | Virgilius] ut est *C* | Virgilius] *ge. I 127* 25 alibi] *Verg. Aen. XI 335* | medio *C* ‖ 26 aeternitatem ostendit *post* current *exh. C* | significat *U* | ut . . . current *om. U* ‖ 27 Virgilius] *Aen. I 607*

90. LONGI perpetui.

93. CONSORTIS socii.

GENTIBUS ULLIS CREDITE non hoc peto, ut hoc ita esse credatis, quia gentes aliquae passae sunt, sed quia vos ipsi, id est Romani.

WCP 94. CREDITE [vos], o Pompei, Caesar et Crasse.

W'CP 95. FRATERNO PRIMI MADUERUNT Remi, qui occisus est a Romulo.

WP 97. TUNC ERAT scilicet quod nunc est.

W'P ASYLUM ut Virgilius 'quem Romulus acer asylum rettulit'.

W'CP 98. TEMPORIS ANGUSTI inter Caesarem atque Pompeium.

CONCORDIA DISCORS quasi κακόζηλον est. Si discors, quem admodum concors? sic Virgilius 'via dividit invia terris'; sic Cicero in Philippicis ⟨I 2, 5⟩ 'qui illam insepultam sepulturam effecera⟨n⟩t'.

100. CRASSUS ERAT BELLI M. M. quod ait supra ⟨4⟩ 'et rupto foedere regni'.

101. SEPARAT ISTHMOS angustum in mare iter terrae Isthmos dicitur. Hic autem separat Ionium mare et Aegaeum.

W'CP 102. CONFERRE in unum convenire.

W'P 103. AEGEO FRANGAT frangatur aut se frangat.

W'CP 104. ARMA DUCUM DIRIMENS Pompei et Caesaris.

WC 105. ASSYRIAS ut Virgilius 'Assyrium vulgo nascetur amomum'.

WP CARRHAS Parthos dicit, ubi Crassus occisus est.

W'CP 106. PARTHICA ROMANOS quae populo Romano fecerant Parthi.

FURORES ROMANOS furores Pompei et Caesaris dixit.

26.

---

2 societates *U* || 4 alique gentes *U* || 6 Credite o pompei et caesar *C* || 7 est occisus *W* || 10 Virgilius] *Aen. VIII 342. 343* || 11 & q̄ *W* et *C* || 12 κακozeaon *W* kakozelon *C* κακοzeaaoν *P* κazelon *U* || 13 sic... 15 effecerant *om U* | Virgilius] *Aen. III 383* || 18 terrae] ee *W om. U* | angustissimum t̄ inmari *U* || 19 separationem inter yonium mare dicit et egeum *U* || 22 videlicet et *U* || 23 Virgilius] *buc. 4, 25.* 26 populo Romano] populis *C* || 28 Romanos autem furores pompei *W'P* | dicit *C*

108. ARSACIDAE Parthos dicit, sic a rege Arsaco nominatos. W'P

109. POPULIQUE POTENTIS id est fortuna huius populi potentis. W'C

113. ABSTULIT AD MANES PARCARUM IULIA SAEVA Iulia filia Caesaris, Pompei uxor, periit ante bella civilia. W'CP

115. MAIORES IN LUCE MORAS si diutius vixisses.

117. EXCUSSO IUNGERE FERRO et sola poteras. WCP

118. UT GENEROS S. M. I. S. raptis Sabinis Tatius adversus Romanos bella commovit. Romani eas, quas rapuerunt, cum susceptis liberis in medium produxerunt et sic pax reddita est, ut Virgilius 'post idem i. s. posito c. r. A. I. a. a. p. q. t. S. et caesa iungebant foedera porca'. W'CP

119. MORTE TUA o Iulia. W'P

121. TU NOVA NE VETERES OBSCURENT ACTA TRIUMPHOS nova acta Caesaris, veteres triumphos id est Pompei. WCP

122. PIRATICA L. G. Pompeius enim piratas vicit, Galliam Caesar. W'CP

121. TU NOVA o Pompei.

123. MAGNE TIMES ordo: tu, Magne, times. WCP

SERIES continuatio. W'CP

124. LOCI FORTUNA S. nam primus esse cupiebat, id est ante Pompeium.

128. VICTRIX CAUSA DEIS PLACUIT ut Cicero pro Ligario ⟨6, 19⟩ 'nunc melior e⟨a⟩ causa iudicanda est, quam etiam dii adiuverunt'.

DE[H]IS PLACUIT dicit quis cuius iudex sit. WP

SED VICTA CATONI id est placuit, a communi. W'CP

---

1. 20.

1 a rege arsaco sic *UV* || 5 Parcarum I. s. i. m. *W* Parcarum i. s. *P.* || 6 uxor pompei *et* civilia bella *U* || 7 sidi uo ius *U* || 8 et] si tu *P* | sala *C* solas *W* || 10 Romanos] regna *C* || 12 ut . . . 13 porca *om. U* | Virgilius] *Aen. VIII 639. 640. 641* post . . . S. *om. C* || 18 Caesar *ante* piratas *pon. U* || 22 prima *WC* || 24 Cicero . . . 25 nunc] ciceronem *U* | legatario tunc *C* || 27 *W post schol. v. 140 pon.* || 28 a morte communi *P*

131. Famaeque petitor favorem populi amans, id est Pompeius.

WCP 132. Popularibus auris ab eo quod est 'ab hac aura', his auris declinavit, ut Virgilius 'nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris'.

W'CP 133. Plausuque genus favoris, ut Virgilius 'ingeminant plausu Tyrii Troesque s.' Cicero 'animos hominum vehementer offensos plaudi tibi non solere'.

Plausuque sui g. t. ipse enim theatrum fecit, quod Pompei dicitur.

WC 137. Exuvias v. p. est enim consecrata Iovi ideoque plena donis.

WCP 140. Trunco septimus casus est, non dativus.

W'CP 142. Tot circum silvae iterum 'et quamvis' accipiamus.

W'C 143. Tantum solum.

W'CP 145. Non vincere bello ut erubesceret, si sine proelio, quod cupiebat, implesset, id est vel deditione vel foedere.

146. Acer et indomitus ipse scilicet Caesar.

147. Ferre manum legitur et gradum.

Temerando polluendo, ut Virgilius 'intemerata fides oro'.

148. Favori numinis id est Fortunae.

WCP 150. Gaud. q. f. r. quod supra ⟨145⟩ ait 'solusque pudor non vincere bello'.

W'CP 153. Rupitque diem id est per aerem transit.

WCP Populosque paventes terruit ut Virgilius 'ne me terrete timentem'.

W'CP 155. In sua templa f. ut Caesar in suam urbem furit.

9.

---

1 amens *W* || 3 ab eo *om. P* || 4 Virgilius] *Aen VI 816* || 6 ut . . . 8 *om. U* | Virgilius] *Aen. I 747* || 7 Cicero] *or. pro reg. Deiot. 12, 33* || 8 offensus plaudit ibi solens *P* || 9. fecit] romae fecit *U* || 11 consecratii ob ii de eoque *W* || 13 non dativus] mandativus *C* || 14 et *om. P* || 18 ipse scilicet] i. *U* || 20 ut . . oro *om. U* | Virgilius] *Aen. II 143* | fide *C* | oro *om. P* || 22 ait *om. C* || 25 Virgilius] *Aen. XII 875* | ne c c e here | tere tinentem *C*

155. NULLAQUE EXIRE VETANTE MATERIA ferri, saxi vel ceterarum rerum. Nihil enim est, quod venienti fulmini possit obstare.

157. SPARSOSQUE RECOLLIGIT IGNES redire enim dicitur fulmen, unde descenderit.

158. HAE DUCIBUS C. S. quod alter alterum dignitate praevenire cupiebat.

SED PUBLICA BELLI SEMINA ab omnibus iam corruptis rebus.

161. MORES C. S. id est qui boni fuerant.

165. VIX NURIBUS RAPUERE MARES bene nuribus, non feminis dixit, quia istae ambitio⟨sio⟩res vestes habent propter aetatem.

FECUNDA divitiis copiosior.

167. QUO GENS QUEQUE PERIT ut ideo periret, quia habuit aliquid pretiosum; hoc ergo accersitur, quod magnitudine sua civitati fecit exitium.

168. SULCATA CAMILLI Furius Camillus, qui fuit consul

174. VILE NEFAS quod non crederetur periculosum.

178. RAPTI F. rapuere, ut etiam contentio sit, quis W'P illis utatur.

175. MENSURAQUE IURIS VIS ERAT ut Salustius in primo W'CP historiae 'et relatus inconditae olim vitae mos, ut omne ius in viribus esset'.

176. PLEBIS SCITA lex senatus decreto fit et populi voluntate, senatus consultum per senatores fit, plebis scitum a populo.

COACTAE ad leges retulit, non ad plebis scita.

---

1 ferri . . . rerum *om. C U* || 2 rerum *om. W* || 5 ignem quoque resumens *add. U* || 6 quos *C* | quod alter] i. alter quia *U* | alter *om. P* | dignitatem *C* || 8 ab] quod ab *W* | i. omnibus scilicet rebus moribusque luxu auantia corruptis *U* || 10 quia *P* || 11 non feminis dixit *om. U* || 13 preter *C* || 16 arcersitur *C* || 18 qui *om. U* || 19 crederet *W'C* | periculosos sibi videbatur *U* || 20 rapuere *om. P* || 21 illis *om. W* || 22 Salustius] *Maur. I 18* | primo]. I. *P om. U* || 26 plebiscitum *W*

178. Pretio ambitu.

Sectorque f. 'sector' venditor, unde qui proscriptorum bona vendunt vel emunt, sectores appellantur.

W'CP 183. Cursu cursu posuit ad ἔνφασιν, cum vix in Alpibus ambuletur; sic Virgilius de Hercule 'aerii cursu petit ardua montis'.

W'P Superaverat Alpes Alpes montes, quibus Gallia ab Italia separatur, occupati semper vento et nivibus, ideoque gelidi.

W' 185. Rubiconis ad undam Rubicon fluvius, qui ab eo, quod rubros lapides habet, hoc nomen accepit.

W'CP 188. Turrigero canos canos propter nobilitatem, ut Virgilius 'cana fides'.

189. Nudisque a. i. id est visa.

WCP 190. Et gemitu p. l. id est visa.

W'CP 192. Huc usque licet ut veniatis armati; nam civibus licet sine armis ad moenia pervenire.

197. Gentis Iuliae bene Iuleae, quia et ipsorum genus ab Aenea et Venere descendit, unde et Caesares, ut ait Virgilius 'Iulius a magno demissum nomen Iulo'.

WCP Et rapti ubique 'o' subaudimus: o Phrygii penates, o rapti secreta Quirini et o Iuppiter Latialis et o Vestales foci.

W'CP Quirini Romulum dicit, qui raptus a palude Caprae deus factus est. Bene autem secreta dixit, quia subito nusquam comparuit.

198. Latialis I. A. ut Tullius pro Milone ⟨31, 85⟩ 'tuque de tuo monte edito, Latialis sancte Iuppiter'.

---

2 venditor concisor; Unde *C* || 4 aΔHɔ-cΦλCIɔ-c *C* adenfasin *P* unde NΦaCIN *W* unde fasin *U* || 5 sic . . . montis *om. P* | Virgilius] *Aen. VIII 221* | et erei *W* || 8 ventis *U* | ideo *U* || 10 fluvius *om. U* || 11 hoc *om. U* || 12 ut Virgilius *om. C* | Virgilius] *Aen. I 292* || 16 civilibus *W'* || 19 et] a *C* | et Venere *om. W'* | cesar est *W'* | ut . . . Iulo *om. U* || 20 Virgilius] *Aen. I 288* | dimissum *W'C* || 24 apud paludem *C* | capreae · proprium nomen deus *P* || 25 autem *om. U* || 26 numquam *P* || 28 condito *C* | sc̄e *U* scande *WCP*

202. Nunc quoque miles id est adsum. WCP

Caesar ubique tuus liceat vult enim deponere potestatem, sed Pompeius prohibet, qui eum non sinit triumphare et esse privatum. W'CP

208. Stimulavit bene stimulavit; aculeum enim in cauda habere dicitur.

210. Tunc torta levis si lancea m. volunt hic *ταπείνωσιν* factam, quod 'levis' dixit, sed *ἐπίθετον* Maurorum est, qui leviter armati veloces et celeres habentur.

217. Tunc vires p. h. cum Caesar advenit.

219. Et madidis bene madidis, quia ipsi concitant pluvias, ut Virgilius 'et dum vere madent udo terrae et pluvialibus austris'. WCP

220. Excepturus aquas id est ut transire possit exercitus. W'CP

222. Fracti f. u. fracti inlisi, id est in equos, ut Virgilius 'quibus omnis ab alto frangitur' et alibi 'frangitur ac fisso transit praecordia ligno'. WCP

224. Vetitis scilicet ab imagine patriae, ut ait supra ⟨191⟩ 'si iure venitis si cives huc usque licet'. W'CP

226. Sunto sint.

230. Et missa Parthi post terga sagitta ut Virgilius 'fidentemque fuga Parthum versisque sagittis'. WCP

231. Invadit Ariminum ordo: rapit agmina et invadit Ariminum. Ariminum civitas in Italiae finibus constituta.

---

3 sed *C* et *W* || 6 dicitur habere *U* || 7 Tum *P* || 8 ταπινοcιν *WP* tapinosin *CU* | sed] sedet *P* | epithaeton *C* eniΘετoN *P* eniTOHEN *W* epithen *U* || 11 ipse concitat pluviam *P* || 12 Virgilius] *ge. III 428. 429* || 16 id est *om. P* || 17 Virgilius] *Aen. I 160. 161* | et ... ligno] Inque sinus scindit sese unda reductos *P* | alibi] *ibid. IX 413* | quod frangitur ac ciso *C* | 19 ut ... 20 licet *om. UG* || 22 Et *CP* E *W* | Virgilius] *ge. III 31* || 25 Ariminum *alt. om. P* | in] est in *P*

W'CP 238. NON PIA CONCINUIT genere neutro numero plurali haec pia, ut sit: non pia classica concinuit.

CUM RAUCO CLASSICA CORNU subaudimus 'non pia concinuit'. Classica autem genus tubae, ut Vergilius 'classica namque sonant'.

240. ADFIXA PENATIBUS A. ut Virgilius 'armaque fixit Troia'; et ut ostendat hoc in pace fieri, addit 'nunc placida compostus pace quiescit'.

WCP 243. ET SCABROS ut Virgilius 'exesa invenies scabra rubigine pila'. Bene autem hic 'morsu' posuit, ut Virgilius 'exesa'.

WC 246. GELIDOS legitur et gelidus.

W 242. CURVATAQUE CUSPIDE P. ἀπὸ κοινοῦ 'invadunt'.

WCG' 253. ERRANTISQUE DOMOS Numadas dicit, ut ait Sallustius 'et quia saepe temptantes ⟨agros⟩ alia, deinde alia loca petiverant, semet ipsi Numadas appellaverunt'.

W'CP QUAM CLAUSTRA in ultimo enim sunt fine Italiae constituti.

254. SENONUM MOTUS Senones et Cimbri Teutonesque gentes sunt Galliae.

255. ET MARTEM LIBIES bellum Punicum significat, nam per hos Hannibal venit aperta et data per Alpes via.

257. HAC ITER EST BELLIS non dixit exercitibus, sed bellis, ut ipsa patiantur.

WP 260. RURA SILENT id est tacent.

---

1 neutro accus̄ casu numero *P* || 2 concinuit . . . 3 concinuit *om. U* || 3 cornu classica *codd.* | apta *C* || 4 tubae est *P* | Vergilius] *Aen. VII 637* || 5 iamque *Verg.* || 6 Virgilius] *Aen. I 248* || 7 addidit *W'* | addit] *Verg. Aen. I 249* || 9 scrabros *C* | Virgilius] *ge. I 495* || 12 ⟨gelidus⟩ legitur et gelidos *P* || 14 numades *C* Numidas *GR pr.D* | ut] Hi enim ut *G* ut enim *PAR'* | Sallustius] *bell. Iug. 18, 7* || 15 et *om. P* | quia iam sepe *C* | temptant has alia *C* temperant asalia *W* | temptantes *om. G* | deinde] atque *GAR'* || 16 alio loco *C* | nomadas *C* | appellacii *W* appellati(?) *C* || 19 senones et teutones gentes *U* || 21 dicit *U* || 24 patiantur ostendens *U*

260. Mediusque i. s. m. p. stagna enim sunt in fundo et superna tantum maris pars vertitur et movetur. Denique apud Virgilium miratus est 'Neptunus et imis stagna refusa vadis'. W'CP

262. Dubiaeque in proelia m. scilicet Caesaris.

264. Iustos fortuna laborat in eo enim quod expulsus est Curio, inventa est causa pugnandi et defensio praeparata est, quia in tribunos vindicabatur hoc bello.

266. Expulit ancipiti Lentulus enim et Marcellus, qui tunc consules fuerant, expulerant tribunos plebis.

Discordes contra senatum scilicet.

267. Victo iure contra ius.

Iactatis in horum perniciem praedicatis, qui nunc tribuni plebis [ut] paria illis timerent, quae Gracchi pertulerant a senatoribus.

Gracchis Gracchi quorum Cicero meminit in invectivis et in Miloniana <6,27>, qui seditiose in tribunatu agebant, occisi sunt. Hos ergo obicit Lentulus consul praesentibus tribunis dicens: tale decretum de nece vestra laturus sum, quia Caesari favetis, quale in Gracchos est latum.

Curia ordo: expulit curia minax. WC

268. Hos iam mota ducis id est tribunos. W'CP

269. Venali de hoc Virgilius posuisse dicitur 'vendidit hic auro patriam'. WC

270. Vox quondam populi tribunus plebis enim fuit, qui aliquando Caesari contra Gallos pugnanti per decem annos prorogavit imperium, cum provinciae consulares lege ipsius Caesaris non plus quam biennio obtinerentur. W'CP

---

1 et in superno *P* | et in supern atando maris *C* || 3 Virgilium] *Aen. I 126* | minatus *C* | refusis *om.* vadis *P* || 5 m. *W*] nr̄a *C* || 8 quia in tribunos *P*] qui in tribunis *C* quia tribunus *W'* || 9 Marcellus *Oud.* gellius *et* gelius *codd.* || 10 erant *U* || 12 contrarius *C* || 13 praedicatis *Keller* praedictis *codd.* | quia *C* || 14 ut patria illis timoremque *C* | ut *om. P* || 16 in invectivis] In vectivis *P* | invectivis] *or. in Catil. I 1, 2. IV 2, 4* || 17 heniloniana *C* || 20 favens *P* || 22 tribunus *C* || 23 Virgilius] *Aen. VI 621* || 25 tribunus enim plebis *C* | quia *C* || 26 pugnanti contra gallos *C*

WCP 271. Miscere potentes 'hos comitatur' subaudimus in singulis.

W'CP 273. Conspexit id est Curio.

275. Traximus per annos scilicet decem.

WCP 277. At postquam l. b. s. coactae ut Cicero 'silent enim leges inter arma'.

W'CP 278. Patimurque volentes ne videantur ad Caesarem necessitate, non favore venisse.

282. Par labor atque metus p. m. p. sensus est hic: in hoc bello tantus inpendendus est labor et metus, quantus in Gallorum bellis, et post victoriam plus consequeris; ibi enim Gallias subegisti, hic tibi serviet Roma.

WCP 283. Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris decennio scilicet.

Geminis G. l. exponit, quid dixerit 'par labor atque metus pretio maiore petuntur'.

W'CP 285. Tibi Roma subegerit orbem quia orbis ipsius est, quae subigitur.

W'C 286. Remeantem p. t. ideo pretio maiore.

W'CP 289. Vix inpune feres id est vix tibi venia datur, subegisti tot gentes. Nam iam reprehenditur victoria, cui triumphus est denegatus.

290. Decretum est genero hoc, inquit, iam decrevit Pompeius, ut te pellat imperio.

Partiri non potes orbem quia Pompeius non sinit esse te parem.

291. Et ipsi id est Caesari.

WCP 294. Eleus sonipes ut Virgilius 'Eliadum palmas Epirus equarum'.

---

5 coactos *P* | Cicero] *or. pro Mil. 4, 10* || 7 videatur *WC* || 8 venire *C* || 11 bellis gallorum *U* | bello *PC* | et *W'C*] sed *P* | conqueris *W* subsequeris *C* || 14 decem no *W* || 15 qui *W* | exponit . . . 16 metus *om. C* || 18 subiungitur *P* || 20 id est *om. CU* || 21 quod subegisti *P* | nam iam] nimia *P* | iam] ipsi *C* || 23 a genero *P* || 24 de imperio *U* || 26 te parem esse *U* || 28 Virgilius] *ge. I 59* | epyros aquarum *P*

295. Immineat foribus hoc est quamvis currere cupiat, ut dictum de Caesare ⟨291. 292⟩ 'et ipsi in bellum p. ⟨t. t.⟩ a. i.'. w′cp

Repagula repagula id est ianuas, quibus inclusus est. wca

Laxet legitur et pulset. wc

296. Maniplos maniplus dicitur, qui signa fert. Ante usum enim signorum ante exercitum feni manipulum praeferebant. Sic posuit et Terentius in Eunucho ⟨IV 7, 6⟩ 'et manipulus furum'. Denique ideo dixit et hic ad signa bellorum. w′cp

299. ⟨Bellorum⟩ o socii bene 'bellorum socii', quia semper in proelio sunt.

306. In classem cadit omne nemus ut classes scilicet fiant. Virgiliana autem elocutio 'excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum', sic hic 'in classem cadit'; alibi 'portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum'.

Terra marique ut nusquam liceat iam inpune consistere; sic Virgilius 'heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt accipere'.

307. Iussus Caesar agi id est iussus est pelli. wcp

310. Mecum rebus agat ⟨superique a. s. v.⟩ id est secundis mecum rebus agant.

311. Veniat longa dux pace solutus detractio Pompei agens simul ut fortiores sint milites Caesaris, si talis inimicus est. w′cp

312 Milite cum subito id est tirone, ut hic novitate pugnare non possit; dux autem, quia olim dimicare desivit.

---

2 ut . . . i. *om. U* | ipse *codd.* || 4 ianua *W* ianuae *C* || 7 maniplum *P* || 8 Sic . . . 10 bellorum *om. U* || 14 Virgiliana] *Aen. VI 42* || 15 crevit *C* | alibi] *ibid. III 533* || 16 euboico *P* | in aptum *C* || 17 ut *om. C* || 18 sicut *C* | Virgilius *Aen. II 69* || 20 *nil nisi* pelli *exh. U* || 22 simecum *P* | agat *P* || 25 est] est solutus quia olim dimicare desivit *U* || 26 est cum *P* | ut] videlicet ut *U* || 27 dux . . . 28 desivit *om. U*

313. MARCELLUSQUE LOQUAX advocatus enim fuit, ut Tullius de M. Marcello ⟨1, 2⟩ 'illo aemulo atque imitatore studiorum et laborum meorum quasi quodam socio a me et comite distracto'.

315. CONTINUO 'hoc regnum continuum' declinavit.

316. ILLE REGET CURRUS puer enim contra Sertorium dimicavit. Currus ergo triumphales dixit. Bene autem 'reget' positum, ut dolore Caesar [ab] hoc futurum putet esse, quod factum est.

319. AC IUSSAM SERVIRE FAMEM Pompeius enim omnia frumenta collegit ex agris, ut coacti fame homines sibi obtemperarent.

W'C 321. IUDICIUM INSOLITA TREPIDUM CINXERE CORONA ut Tullius pro Milone ⟨1, 1⟩ 'non enim corona consessus vester cinctus est ut solebat'.

WCP 325. SUETUS suetus illi rei dicimus, ut Virgilius 'ille manum patiens mensaeque adsuetus [h]erili' et alibi 'adsuetumque malo Ligurem'.

W'CP CIVILIBUS ARMIS fuit enim de partibus Syllae.

WCA 326. DOCILIS VICISSE M. ut hoc discat, ut vincat.

WCP 331. DURAT MAGNE SITIS o Pompei.

DURAT perseverat, ut Virgilius 'durate et vosmet rebus servate secundis'.

335. ILLE TUUS sive cui favisti sive quem imitaris.

W'CP 336. POST CILICASNE VAGOS hos Pompeius vicit et dedit civitatem. Bene autem 'vagos' posuit, simul quia piraticam exercebant et ut ostenderet non magnum proelium, in quo victi sunt errantes.

PONTICA in Ponto gesta regis Mitridatis.

25—28.

1 fuerat *U* | ut . . . 4 distracto *om. U* || 2 de M. *om. C* | imitatores *C* || 3 et] ac *Cic.* || 5 hoc . . . continuum] i. ⟨continu⟩ũ regnum *U* || 6 regit *W* || 7 duxit *UV* || 8 regit *W* | adhuc *P* || 10 famam *C* || 11 fame *om. R'V* || 16 illius *WC* | Virgilius] *Aen. VII 490* || 17 herili *WP* herilis *C* | alibi] *ge. II 168* || 22 Virgilius] *Aen. I 207* || 24 affuisti *P* || 25 dedit eis *P* || 29 metridates *W'P ut fere semper*

336. Lassi ut ostendat nihil fecisse Pompeium: multi enim ante vicerant Mitridatem, ideo lassi: Sylla, Murena, Lucullus, Glabrio, postea Pompeius.

337. Vix bene, sive quia diu pugnatum est quippe a tot ducibus, sive quia frequenter Mitridates antidotum accipiens digerebat venena.

Consummata finita. WCP.

338. Provincia negotium, officium, ut Terentius 'o Geta, provinciam cepisti duram', sive ut Caesarem pro aliqua provincia accipiamus.

Caesar id est ego. W'CP

342. Miles sub quolibet i. t. ne sibi prodesse videatur hoc bello, facit militum causam, quod triumphare prohibetur; sic Virgilius, ut accendat animos Rutulis, regem dicit patientem esse omnium cavendum WCP

'ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
succedet fama vivusque per ora feretur;
nos patria amissa dominis parere superbis
cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis'.

345. Quae moenia fessis id est dabuntur, ut Virgilius 'da moenia fessis'. W'CP

346. Piratae Magne coloni Cilicas dicit, quia his Pompeius agros et civitatem dedit.

348. Utendum est viribus q. f. tot scilicet bellis.

350. Nam nec praeda meis causam reddit, cur numina deesse non possint.

---

1 Mersoque *C* | videlicet *U* || 3 sunt enim *G* || 4 facta *U* || 5 laurentium *WG* || 7 Hoc *U* || 8 de . . . 9 meminit *om. U* | Sallustius] *Maur. I 35* || 10 Camponius *in rasura G* Pontius Telesinus *Vell. Pat. II 27, 1* | samnitum (ti *supra*) *W* samnitum *U* samnicum *G'* || 12 suis] maria? *G abscis., in rasura* | et . . . occubuit] et octoginta M̄ interfecit G_2 *in rasura* || 15 G. *om. G* | iacebat *C* || 16 posset *G'* || 17 s. v. F.] sub *C* | furculas *U* || 18 se *om. U* || 20 Sallustius] *Maur. I 31* | dominati *C* || 22 hic *om. U* | athenobardus *W'CG'* atheno barvis *U* || 23 ut . . . 24 restat *om. UG'* | Virgilius] *Aen. IV 324*

WCG' 142. EXCESSIT MEDICINA MODUM μεταφορά.

W'CG' NIMIUMQUE S. E. modum; occidit enim et innoxios cum nocentibus.

WC 145. TUNC et tum legitur.

W'CG' 147. SED FECIT SIBI Q. Q. N. id est omnibus omnia licebant.

VICTOR id est Sylla.

149. EXEGIT FAMULUS potest generaliter accipi, potest et specialiter, ut de Mario iuniore dictum sit, qui a servo occisus est, cum per cuniculum de Praenestina civitate vellet evadere.

150. CAESA PARENTIS communis scilicet parentis.

152. BUSTA REPLETA F. P. Q. V. S. ut se absconderent in sepulchris.

153. LATEBRAE CEPERE F. id est silvae.

WCG' 157. VICTORI scilicet Syllae.

W'CG' RAPUERE ut sua perirent manu, ne essent quos occideret Sylla.

159. DUM LICET O. I. vetabat enim eos Sylla sepeliri.

160. COLLA DUCUM cum congesta essent ad Servilium lacum capita peremptorum, haec iussit Sylla proponi, unde ait Tullius 'Multos caesos non ad Trasimennum lacum, sed ad Servilium vidimus'.

WC 162. QUICQUID UBIQUE L. S. possumus distinguere et 'quicquid ubique latet scelerum' et 'scelerum non tantum Thracia vidit'.

W'CG' NON THRACIA TANTUM comparatio a minori, ut Virgilius 'Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit'.

14.

1 MeтaΦopa *WP* Meta Φpa *C* Metafora *G* || 2 modum *om. G'* || 4 Tunt *C* | ⟨Tum⟩ legitur et tunc *G'* || 5 omnia omnibus *G* || 7 famulos *pr WC* f. *G'* || 8 specülariter *C* | 11 parentis *om. U* || 15 Auctori *C* || 18 o. I.] oY *C* || eos *om. W'C* | seperiri *C* sepulcri *U* || 19 gesta *W'* || 21 unde ... 22 vidimus *om. U* | Tullius] *pro Rosc. Amer. 32, 89* | ad *AR'*] a *P om. cett.* || 26 tantum tracia *W* | Virgilius] *Aen. II 496* || 27 Exit *om. G*

163. BISTONII S. P. T. Diomedem, Thraciae regem, dicit Bistonium a Bistone palude Thraciae. hic fertur habuisse equas visceribus humanis pasci solitas; quibus cum hospitio receptum Herculem vellet offerre, ipse obiectus et absumptus est. Propter equas ergo dictum est 'stabulis'.

164. ANT[H]EI LIBIAE Ant[h]eus, Terrae filius, qui cum multos singulari certamine necaret, devictorum capita postibus adfigebat; hunc postea Hercules vicit doctus a Minerva, ne eum in terra elideret. W'CG'

LIBIE 'non tantum vidit scelerum' subaudimus. WCG'

165. PISEA FLEVIT IN AULA Pisa Elidis civitas. Dicit autem Oenomaum, qui fraude Myrtili victus quadrigarum cursu a Pelope et occisus est. Hic enim ut Ippodamiam filiam suam petentibus denegaret, provocatos in equorum cursu victos occidebat. W'CG'

166. CUM IAM TABE FLUUNT quod ait supra <II 160> 'colla ducum'. WCG'

167. AMISERE NOTAS signa, quibus a suis agnosci possent. W'CG'

168. SUBDUCIT C. F. a se scilicet. WCP

170. VETITIS Q. id est a Sylla. W'CP

174. PLACATOS CATULI R. Q. Lutatium Catulum tangit, cui cum Marius Gratidianus diem diceret, qui sciebat se non evasurum, fumo se calcis occidit et sic fugit inimicum; post Catuli filius regressus victor ex Asia petit a Sylla, ut sibi Marius daretur ad poenam; quem datum W'CG'

18 *(cf. B)*.

1 regem thraciae *UG'* || 4 et *om.* *W'C* || 5 absumptusque *U* —que W_2 *addid.* | adsumtus *C* | Propter . . . stabulis *om.* *G'* || 6 cum . . . 7 necaret *om.* *W'C* || 9 terram *P* | declinaret *U* || 13 hinc *C* | enim *om.* *U* | ippodamam *G* || 15 victus *C* | ocidit *U* || 18 cognosci *GAR'* | potuissent *W* || 19 ad *P* || 20 Q. id est] quidem *P* quidem *WC* || 21 Quintus *Co* g *WCG'* *om.* *UAR'* | glutatium *W* glutacium *CG* gluratium *P* | 22 Grat. diem] gratulabundus *G* | diem] ei *P* *om.* *AR'V* | qua *U* | qui sciebat] a *P* | qui . . . 23 non] non se eum *G* || 23 se calcis] calcis eum *G* || 24 postea *G'AR'V* | egressus *C* | ex] de *AR'V* | petivit *G'AR'V*

per singula membra cruciavit, ut ait Sallustius 'Ut in M. Mario cui fracta prius crura brachiaque et oculi effossi, scilicet ut per singulos artus expiraret'.

WCP 175. FORSAN NOLENTIBUS UMBRIS scilicet Catuli.

W'CP 176. PENDIT expendit.

W'CG' INEXPLETO BUSTO quia singula membra discerpti integra esse non possunt.

W,CG' PIACULA autem scelera dixit, quae nec loquenda sint tali facto, ut Virgilius 'Distulit in seram commissa piacula mortem'.

WCP 178. ET TOTO QUAMVIS ordo: et quamvis toto.

W'CG' 179. NIL ANIMAE LETALE D. nullum enim tale vulnus dabatur, quo periret, sed quo cruciaretur.

MOREMQUE NEFANDAE id est vidimus.

180. PARCERE MORTI prior repetitus est sensus.

WC 182. ET MULTO legitur et muto.

W'G' 185. SPECTATIS L. M. ut videret se sic membris omnibus caesum.

187. SIC MOLE RUINAE comparatio.

W'CP 189. INFORMES sine forma.

WC PONTI legitur et trunci.

W'CG' 192. OSTENSA PLACERET a filio scilicet Catuli ostensa Syllae.

193. AGNOSCENDUS ERAT modo enim confusi vultus minorem gratiam de maiori morte faciebant, quia non agnoscebatur occisus.

1 ut . . . 3 expiraret *om.* *U* | Sallustius] *Maur. I 44* | in M. Mario *Rufinianus*] in gaio mario *WC* in iugurthino G. (gagio *P*) mario *G'* in iugurtino. marius *AR'V* ‖ 2 cui, prius *W* (, fracta) ‖ 3 artus *WC* *Seneca de ira III 18*] membra *G'AR'V* ‖ 4 UMBRIS] uni *C* ‖ 6 discerpta *G* ‖ 7 potuit *C* patuit *W'* ‖ 9 cali *W* | Virgilius] *Aen. VI 569* ‖ 12 letal *C* ‖ 13 *alt.* quo] co *C* ‖ 14 Mortemque *C* ‖ 15 sensus repetitus est *G'AR'V* ‖ 16 ⟨muto⟩ legitur et multo *P* vel multo *G V* ‖ 17 viderit *W'* ‖ 21 ⟨trunci⟩ legitur et ponti *G'* | trucci *C* truci *W* ‖ 23 sylla *UC* ‖ 24 Adnoscendum *C* ‖ 25 maiore *W*

Colonos qui se colant. WCG'

194. Praenestina suos Marius iunior ad hanc se contulerat civitatem. Sylla commotus iussit octo milia hominum de ea civitate occidi. Fortunam autem colunt, unde Fortunam Praenestinam dixit. W'CG'

195. Unius ⟨P.⟩ pereuntem t. m. tam cito enim omnes perierunt, quasi unus esset occisus.

197. Ovilia Romae locus in urbe, quo omnes pastores Romulus convocavit et senatum et populum ad comitia celebranda coniunxit.

200. Aut bellica ubique 'fuit' accipimus.

201. Numquam poena fuit id est genus poenae ut ab aliquo iuberetur.

Vix agmina vulgi ordo: vix movere manum victores. WCG'

204. Procumbunt qui occisi sunt.

Sed illos viventes.

206. Caedis viva graves exponit quem admodum peragunt cadavera partem caedis. W'CG'

207. Intrepidus id est Sylla.

210. Omnia Tyrrenus S. c. g. omnes enim in Tiberim occisos mitti Sylla praeceperat.

211. In fluvium p. c. sensus hic est: qui primi in Tiberim missi sunt, hi in undas venerunt; nam qui ultimi missi sunt, horum corpora iam supra veniunt, quia fluvium cadavera impleverunt.

212. Praecipites h r. quae erant post cadavera.

5—6. 10. 16—17. 21—22 *(cod. B)*.

6 Unus *C* | tacito *C* || 7 esset] esse *C* fuisset *G* || 8 in urbe] romae *UAR'* || 9 congregavit *G'* | senatum et *om. U* || 11 s. fuit *U* || 13 iuveretur *C* iuvaretur *G'* || 14 *in marg. add. W* | victores *om. WC* || 18 cadavera peragant (-unt *A*) *AR'V* | partim *C* || 22 In *exh. G'* | hic *om. UR'* || 23 in undas . . . 24 horum] supra *WCVB* || 24 supra *om. WC* || 25 cadavera] cadavera iam *U*

213. INTERRUPTUS AQUAE A. F. id est ut illae undae tantum, quae ante cadavera erant, in mare fluxerint, illae autem, quae post corpora erant, steterint et secutae non sint priores fluctus obstantibus cadaveribus.

WCAR' 210. SYLLANA quae fecerat Sylla.

WCG' 215. EFFUSA ipsa vis sanguinis.

W'CG' 218. REDDITQUE CADAVERA C. quae acceperat scilicet, revocat in terras, quia multitudine corporum defluere non possunt.

219. TANDEM TYRRHENAS V. E. I. U. ordo hic est: alveus Tiberis postquam Tyrrhenas in undas, id est in mare, vix eluctatus exiit, torrenti sanguine caeruleum aequor divisit, id est aquas maris meatu sanguinis separavit.

221. HISNE SALUS RERUM subauditur 'Sylla meruit vocari?'

222. TUMULUM SIBI M. T. C. extruere; in campo enim Martio habet Sylla monumentum.

W PONERE legitur et tollere.

WG' 225. [QUAMQUAM A. G.] METUS nominativus casus pluralis 'hi metus'.

W'CG' 226. IN PROELIA DAMNO ordo: et multo maiore humani generis damno coitur in proelia.

227. EXULIBUS MARIIS patre et filio.

229. TOLLERE id est evertere et delere Marianos.

230. HOS ALIO FORTUNA Pompeianos et Caesarem.

10—13 divisit (*sine* id est in mare). 21—22. 23.

---

2 fluxerunt *WC* | in . . . 3 erant *om. G'* || 3 cadavera *U* | secuti *U* || 4 ob-] ab- *G* di- *U* || 6 ipsa *om. WC* || 7 Redduntque *W* || 8 qui *G'* || 9 poterat *G'ADV* || 10 hic] id *C om. U* | est hic (his *P*) *G'* || 11 *pr.* in *om. UG'* | in undas] indas *C* || 12 torrentis *WC* | torrenti *nov. schol. incip. codd.* sanguine] Sub *G* || 13 meatus *W'* || 18 ⟨tollere⟩ legitur et ponere *G'* || 19 pluralis] singtr *G om. W* || 21 Inplia *WCG' om. U* || 23 patre *W'CG'AG ut Co.* patri *R'V* || 24 Invisas penitus q. t. p. *WC* || 25 ALIO (*C*)] alios *W om. cett.* | pompeium *G'*

236. Pars p. l. e. id est non erat; nam ait supra ⟨234⟩ 'at non'. WCG'

Nocte sopora ut Virgilius 'Umbrarum hic locus est somni noctisque soporae', id est, quae soporem adferat.

237. Parrhasis Arcadica ut Virgilius 'Parrhasio dictum Panos de more Licaei'. W'CG'

Helice cum v. a. Helicen Calisto[n] dicit, quae a Iove conpressa et in ursam mutata postea in sidus septentrionis recepta est.

Axes plaustrum enim, quod in septentrione est, esse significat.

238. Atria cognati soror enim Catonis nupta Bruto maiori fuerat, unde natus est Brutus, cuius Cato avunculus fuit.

Non ampla C. quippe philosophi.

239. Insomni volventem p. c ordo: invenit virum insomni cura publica fata volventem. WCG'

240. Casusque orbis legitur et urbis. WC

Casusque orbis id est 'volventem securum invenit' subaudimus. WCG'

242. Expulsae genitivus est casus.

243. Iam sola f. o Cato. W'CG'

Quam turbine n. id est virtutem. WCG'

248. Dubio modo scilicet dubio.

250. Civile absolvere b. 'absolvere' 'innocens facere'; [et] est defensio omnium ad haec bella venientum, si idem fecerit Cato. W'CG'

---

15. 26 defensio — 27.

3 Virgilius] *Aen. VI 390* || 5 ut ... 6 Licaei *om.* *G'* | Virgilius] *Aen. VIII 344* || 6 Panos] nos *C* || 7 calistorem *G* carlistorem *P* || 10 quod *om.* *W'C* | est *CG*] *om.* *W'P* | 11 signif̄ *U* significant *G'* || 12 Bruto ... 13 est *om.* *G'* || 15 philosofi videlicet *U* || 18 Casusque u. legitur et orbis *G'* || 22 sola focato *WC* | o] i· tu *G'* || 23 turbine n.] turbinem *C* || 24 ⟨Dubium⟩ *et* dubium *G'AR'* | mundo *W* || 26 et *om.* *W'C* || 27 idem] id ÷ *C* | Cato *om.* *G'*

252. LEGESQUE IN PACE TIMENDAE contra illud 'Silent enim leges inter arma'.

WCG' 253. Hos FERRO ubique 'rapit in proelia' vel 'rapiunt' subaudimus.

FERRO FUGIENDA ut Virgilius 'Quae prima pericula vito' adeone minus est interire?

W'CG' MUNDIQUE R. PERMISCENDA F. ut qui fidem servare noluerint, velint eam penitus extingui cum mundi labe.

254. NULLUM FUROR E. IN A. sed causa.

255. CASTRA PETUNT MAGNA V. M. mercedem dixit illam causam, qua ducuntur ad bellum, id est dum volunt inpunita esse quae fecerant.

256. PER SE BELLA PLACENT si tamen placuerint, pugnabis non aliqua causa, sed solo amore bellorum civilium, quod est peius.

257. INMUNEM C. M. A. id est te inmunem a moribus corrupti saeculi, scilicet innocentem.

259. ACCIPIENT id est nocentes.

ACCIPIENT ALIOS nam ait supra 〈251〉 'Quemque suae rapiunt scelerata in proelia'.

FACIENT TE ut ait supra 〈255. 256〉 'Tibi uni Per se bella placent'.

WC 260. CIVILIBUS legitur et feralibus.

WCG' 261. HAS ETIAM M. M. non suas, sed Catonis ostendit.

W'CG' 264. SE BELLI FORTUNA TIBI ut omnes tu solus occidas.

266. ET SCELUS ESSE TUUM id est quis nolit tuum scelus esse, quod moritur?

---

3. 9. 13—15.

---

1 illud] *Cic. pro Mil. 4, 10* || 5 Virgilius] *Aen. III 367* || 6 adeone . . . interire *om. G'* || 7 quia *WC* || 8 velint eam] vel. intea *C* | extinguere *GAR'V* extingue *P* || 13 PLACENT si] plasi *C* || 14 set *C* || 15 est peius *om. U* | quod est peius *om. G'AR'* || 16 te munem *C* || 20 scelerata in proelia] s. i. p. *U* || 21 Facient t. *G'* Faciente *WC* || 23 〈feralibus〉 legitur et civilibus *G'* || 24 sua *C* || 25 Se bella *C* Sed belli *W*

271. Excipiunt legitur et accipiunt. W'C

Excedit Olimpus Olympus mons Macedoniae, in quem dicit fulmina non venire, quod extra nubes erectus sit, per quas fulmina deferuntur in terras. W'CG'

272. Lege deum imperio [vel] voluntate. W'C

Minimas rerum ut dicuntur 'summae rerum' sic et 'rerum minimae'. W'CG'

Discordia turbat 'minimas rerum', quod dixit (270) 'imaque telluris', 'discordia', quod ait fulmen. W'C

273. Pacem magna tenent quod ait ⟨271⟩ 'excedit Olympus', sic reddit: permitte bello civili eos turbari, qui infimi sunt; tu qui es altus et magnus, in hac tempestate belli esto securus. W'CG'

275. Nam praelata id est a te. WCAa

Suis hoc est castris. W'CE

276. Placet ipse Catoni scilicet Caesar. W'CG'

277. Si bellum civile p. quippe quod ipse commovit.

278. Et duce privato Pompeio. WCG'

Consul Lentulus sive Gellius, qui consules tunc fuerunt. W'CG'

279. Sollicitant te scilicet, ut hoc sequaris.

280. Liber in orbe quia ceteri erunt sub iure Pompei.

282. Ferre iuvat patriis legitur et patriae: ferre iuvat patriae. si 'patriis' 'legibus', si 'patriae' 'libertatem' accipimus.

---

16 *(cod. B)*.

---

5 vel *exh.* *UV* || 6 sic . . . 7 minimae *om.* *U* || 7 imae *W* || 11 sicredidit *W* sic reddidit *U* || 12 infirmi *CP* || 15 hoc est] ocem *C* || 16 ipse] ꞔēē *W* | scilicet] s. sibi *U* | o cesar sibi ipsi *exh.* *P* sibi ipsi *G* || 17 quippe] scilicet *U* *om.* *G* || 19 sive] vel *U* | Gellius *leg.* Marcellus | tunc consules *UG'* | fuerunt] fuer̄; κ Tunc fuerunt; *C* || 21 erunt *post* Pompei *pon.* *U* || 22 ferre . . . 23 libertatem] tunc libertatem *U* | ferre i. p. *om.* *G'*

WCG' 284. VICTORIS sive Caesaris sive Pompei.

W'CG' POST BELLUM V. H. innocentiae est, quod bellis non vult interesse civilibus; virtutis est, quod se spondet victoris inimicum.

W'CG'E AT ILLI id est Bruto.

W'CG' 286. CIVILIA BELLA FATEMUR id est esse.

289. SIDERA QUIS M. Q. V. S. C. comparat civile bellum ruinae mundi, ut ille Olympo Catonem.

291. TERRA LABET id est titubet, ut Virgilius 'Dum trepidant gressique labant vestigia prima'.

WCG' 292. COMPRESSAS T. M. id est velit.

W'CG' 295. HUNC ARCETE FUROREM hunc furorem dixit nolle furere in periculo civitatis.

WCG' 296. MOTURA DAHAS 'hos Dahas' et 'hos Getas' accusativum posuit.

W'CG' 298. LONGUM PRODUCERE F. quod populi turba prosequitur, producere proprie dixit, ut Virgilius 'Nec te tua funere mater Produxi'.

299. IGNIBUS ATRIS funebribus.

303. ET INANEM quia solum nomen remansit.

W'C PERSEQUAR in bono posuit, ut Virgilius 'Quae te sola puer multis e matribus ausa Persequitur'.

WCG' 304. SIC EAT sic eveniat.

PIACULA scelera.

2—4. 12—13. 19.

---

1 pompeii *CG'* || 2 H.] S *C* | est *om. WC* || 3 civilibus non vult interesse *G'AR'V* | est] es *W* | victuris *C* || 7 comparat hic *U* || 9 ut . . . 10 prima *om. UG'AR'V* | Virgilius] *Aen. X 283* || 11 Compressus *C* || 12 ARCETE] carcere *C* | furorem dixit] .I. *U* | dicit *G* || 13 furore *C* fore *W'G'* || 16 F.] p. *WC om. G'* || 17 Virgilius] *Aen. IX 486. 487* || 18 funera *codd.* | produxit *C* || 19 funeribus *UCG'* || 20 inamen *C* || 21 ut . . . 22 Persequitur *om. U* | Virgilius] *Aen. IX 217. 218* || 23 veniat *G'*

305. NULLO FRAUDEMUS S. B. hoc est nemo desit civilibus proeliis. W'CG'

306. LICERET adeo vult hoc fieri, quod di iusserunt et fata.

308. DECIUM PRESSERE CATERVAE duo fuerunt Decii Mures, de quibus ait Virgilius 'quin Decios Drusosque procul'. De his alter Latino se vovit bello, alter Samnitico.

309. GEMINAE et Pompei et Caesaris.

BARBARA TELIS id est Galliae populi.

310. PERVIUS HASTIS per quem omnium possint tela transire.

313. PERDERE legitur et pendere. WC

314. AD IUGA CUR F. P. ad servitutem more captivorum. W'CG'

316. INANIA IURA T. quia hoc agone serviat Roma.

INANIA sub civilibus scilicet bellis.

317. HIC DABIT H. P. I. sive ideo dicit, ut occidatur, sive quia vere, postquam se apud Uticam occidit, pax effecta est.

MALORUM legitur et laborum. W'C

319. NON OPUS EST B. quippe quia reliqui ad iuga faciles sunt et se servire patiuntur. W'CG'

322. NON BENE COMPERTUM EST ordo hic est: nec non bene compertum est hunc quoque, si fortuna faveat, totius sibi ius promittere mundi; id est scio quidem et bene compertum habeo hunc quoque id est Pompeium, quem sequor, totius sibi mundi ius promittere, si vicerit; sed ideo me milite vincat, ne sibi se vicisse putet.

22—27.

---

3 Laceret *C* | di iusserunt et fata] d̦ iusserт̄ fata *W* (iuserunt W_1) diuſ er̄ fata *C* di ius erunt fata *U* dii iusserint et fata *G'* ‖ 6 Mures *om. UG'* | de ... 7 procul *om. U* | Virgilius] *Aen. VI 824* ‖ 7 Samnitico *Serv. Aen. VI 824* saguntino *codd.* ‖ 9 populis *WC om. U* ‖ 10 hostis *W* ‖ 12 pendere] perdere *C* | ⟨pendere⟩ vel perdere *U* | ⟨perdere⟩ legitur et prodere *G'* ‖ 14 serviet *P* ‖ 15 bellis *om. W'C* ‖ 19 legitur et] vel *U* | ⟨laborum⟩ legitur et malorum *G'* ‖ 21 facile sint *C* | se *om. G'* ‖ 22 NON ... 25 quoque *om. U* | nec *om. WC* ‖ 23 favebit *AR'V* ‖ 26 sequor si fortuna faveat totius *U*

323. NE SIBI sed scilicet mihi et per me rei publicae.

327. QUAS SANCTA RELICTO ordo: quas inrupit merens sancta Martia relicto Hortensi busto.

329. MELIORIS IUNCTA MARITI id est Catonis.

WCG′ 330. CONUBIO ut Virgilius 'Veneris nec praemia noris'.

W′CG′ 332. IMPLETURA DATUR scilicet a Catone.

GEMINAS Catonis et Hortensii.

334. SUPREMOS C. secundi mariti et susceptorum ex eo liberorum.

336. CINERESQUE INGESTA S. ut ipsa missa esset in cineres.

337. SIC MAESTA PROFATUR sive ipsa maesta sive 'haec maesta' genere neutro numero plurali.

339. IUSSA CATO id est tua, Hortensi. Martia uxor Catonis fuit. De hac postquam tres filios accepit Cato, tamquam satis fecisset coniugio liberis datis, Hortensio eam iunxit et ipsi liberos procreavit, quibus omnibus mortuis et ipso Hortensio redit, ut recipiatur a Catone.

342. DA NOMEN INANE sine concubitu, ut Virgilius 'Tempus inane peto'.

WCG′ 344. MARCIA subauditur uxor [Catonis].

W′CG′ NEC DUBIUM L. QUAERATUR IN AEVO sensus hic est: si me non receperis, semper dubium apud omnes erit, utrum Hortensio repudiata a te nupserim an a te tradita.

WC 346. SOCIAM legitur et comitem.

WCGE 349. CORNELIA uxor Pompei.

---

4. 20.

1 sed] se C || 2 sancta] s̄t C | qua WC Quar G || 3 horten, siibusto (sic) W || 4 Melioris C meliori′ W *om. cett.* | marito *codd.* | catoni WC || 5 Conubii G′ | Virgilius] *Aen. IV 33* || 8 ex] ab UV || 10 ingestas WC | usta U || 17 et ipso Hortensio *om.* U | redit AR′] rediit U reditur C redditur WG′V || 18 coitu G | ut . . . 19 peto *om.* U | Virgilius] *Aen. IV 433* || 20 Catonis *om.* WC 23 abortensio C || 24 ⟨comitem⟩ at sotiam G vel sociam P || 25 pompeii CG

353. Admittere testes id est admittere placet. W'CG

Sacris testes ut Virgilius 'Et conscius aether conubii'. WC

Iura placent quibus matrimonium redderetur. W'CG'

355. Discurrit c. p. hoc est non discurrit.

356. Legitimaeque f. id est matrimonium proprie, ut ait Varro 'Venienti novae nuptae funal praeluceat'.

357. Stat torus ubique 'non' accipimus, id est non stat, non discriminat. WCG'

359. Contingere limina p. hoc in nuptiis sollemnibus est. W'CG

361. Flammea vultus genus vestis quod flammeum dicitur. Lutea enim crocea dixit, ut Virgilius 'Aurora in roseis fulgebat lutea bigis'. W'CG'

364. Suppara supparum genus est indumenti.

Nudatos cingunt a. l. id est non cingunt. WCG'

367. Obsuta legitur et obsita. WC

Obsita mortuo Bruto maiore omnes mulieres eum luxerunt; itum est in consilium de veste mutanda et placuit, ut latitudo clavi purpurei, qui est in muliebribus tunicis, in angustius suta intrinsecus stringeretur. W'CG'

368. Non soliti l. s. solitos sales dixit de nuptiis iocos, qui Fescennini dicuntur, inventi primo ex oppido Sabinorum Fescennino; ideo addidit 'nec de more Sabino'.

369. Excepit tristis convitia festa maritus 'tristis' 'severus'; nam gaudere debet in nuptiis. WCG'

2.

---

1 id . . . placet] s. placet *UEGAR'* || 2 Sacri *C* | Virgilius] *Aen. IV 167* | conubiis *W* conub; *C* || 4 *nil nisi* non *exh. U* || 5 f. *exh. G'* || 6 Varro *om. G'* || 9 in *GAR'V* de *W'C* || 10 flammeum *ssc.* .i. orarium *G'* || 11 Lutea . . . crocea] Lutea d. (e. *P*) Crocea *G'* | ut . . . 12 bigis *om. U* | Virgilius] *Aen. VII 26* || 13 vestimenti *AR'V* || 16 maiores *W'C* || 17 itum . . . in] Istud est *G'* | et] Iterum *G'* || 18 qui *W'* quae *G'* qui C_1 que C_2 | mulieribus *W'G'* || 19 angustias *WC* angusto *G'* angustos *V* || 20 iocus de nuptiis *U* de iocis nuptiis *G'* || 23 Excepit . . . maritus *om. G'*

W'CG' 371. AUSPICE BRUTO qui nuptiis interest, auspex dicitur, ut Cicero 'Nubit genero socrus nullis auspicibus'.

372. ILLE quia dixit de Martiae habitu, loquitur de Catonis.

WC 373. DIROQUE legitur et duro.

WCP 377. STUDIIS ⟨O. Q. C.⟩ Catoni scilicet philosopho.

W'CG' 379. SUNT TEMPTATA TORI id est concubitus.

IUSTO AMORI id est coniugiali.

WCG' ROBUR RESTITIT id est virtus, Catonis scilicet.

380. HI MORES id est fuerunt, ab eo quod dicturus est, 'fuit'.

381. SERVARE MODUM ut Virgilius, ubi reprehendit 'Et servare modum rebus sublata secundis'. Cicero ubi laudat 'Tantum in summa potestate rerum omnium modum'.

W'CG' FINEMQUE TENERE id est rerum exitus et terminos cogitare.

382. NATURAMQUE SEQUI ut mortem, qui natus fuerat, non timeret.

383. NEC SIBI ut Cicero 'Si tibi soli viveres aut etiam si tibi soli natus esses'.

WCG 384. VICISSE F. subauditur per singula 'fuit' aut 'fuerunt'.

W'CG' 386. HIRTAM hirsutam.

388. PROGENIES ut Venerem scierit sola cupidine liberorum.

1—2. 3—4. 10 (fuerunt). 12—14. 19—20.

1 vocatur *G'* || 2 Cicero nubit] Cicero divinationem quarens. Nubit *G'* | Cicero] *pro Cluent. 5, 14* | socrus *om. U* || 3 habitum *W'P* | loquitur modo *UV* || 5 ⟨duro⟩ legitur et diro *G* || 6 catonis *WC* scilicet philosopho *om. P* | philosophi *W* || 7 s̄ tēptori *C* || 8 coniugali *CPA* coniugati *R'V* || 9 catoni *W* catoniscilicet *C* | scilicet *om. GR'V* || 10 quod . . . 11 fuit *om. G'* || 12 Virgilius] *Aen. X 502* | Et] nec *WG'* ne *C* || 13 Cicero] *pro Marc. 1, 1* || 14 tanta *codd.* || 15 omnium rerum *U* || 17 quia *W'* || 19 Cicero] *pro Marc. 8, 25* | soli viveres] verres *W'C* vires *G'* || si tibi etiam *Cic.* || 22 Hyrta hyrsuta *C* || 23 venere *U* | sciret *G'*

388. Urbi pater est dixit in utilitatem urbis, 'patriae maritus' in utilitatem patriae, hoc est urbi praestitit hoc, quod suscepit liberos et quod duxit uxorem; est ergo 'huic patriae' non 'huius patriae', ut ait 'urbi'.

391. Subrepsit id est nullam attigit voluptatem. WCG'

393. Dardanii coloni Capuam enim dictam scimus a Troiano Capy, ut Virgilius 'Hinc nomen Campanae ducitur urbi'. W'CG'

395. Sparsas extendere id est placuit.

Partis legitur et vires.

399. Porrigit legitur et sustulit. WCG'

400. Inferni superique maris Adriatici et Tyrrheni. W'CG'

Coercent id est finiunt. W'CG

401. Pisae nomen est civitatis. WCG'

402. Ancon nomen Dalmaticae civitatis. Bene autem 'obnoxia fluctibus' quippe vicina. W'CG'

404. In gemini s. Adriatici et Tyrrheni.

405. In levum c. l. Appennini scilicet montis.

406. Sapis isauro haec nomina cuncta fluviorum sunt.

408. Quoque m. n. t. id est non habet fluvium terra maiorem.

409. Fractas a se scilicet fractas. WCG'

410. Hunc fabula id est hunc primum esse coepisse. H. f. p.; deest 'est' aut 'loquitur'. W'CG'

411. Populea hoc enim genus arboris iuxta flumina solet nasci, ut ait Virgilius 'Populus in fluviis'. WCG'

6—8. 9. 12.

1 urbis *om. G'* || 2 maritus . . . patriae *om. UG'* | 3 dixit *C* dixit *U* | huhic *C* || 5 nullum *C Wpr* | adtingit *C* || 7 capytus *U* | ut . . . 8 urbi *om. U* | Virgilius] *Aen. X 145* | Campana educitur *W* || 9 placuit *U v. 394 supra* hinc || 10 Partes *W* | legitur et] vel *UV* || 13 Coercenti *W* || 14 *nil nisi* civitas *U* || 15 dalmati(a)e *C U* || 19 (s)apisis auro *C W* | nomina cuncta] omnia n̄ iā *U* | cunctorum *W* || 20 terra maiorem fluvium *UAR'V* || 22 fractas *om. PR'V* || 23 hufa bulap *C* | primus *C* | esse *om. W'* || 24 h. f. p.] et *G'* || 26 Virgilius] *buc. 7, 66* | silvis *G'*

W'CP 415. HUNC HABUISSE PARES id est fabula est.

W'CG' 417. NILUS S. H. inde enim creditur Nilus maior, quod per Aegypti plana diffusus stagnum magis est quam flumen.

419. CASUROS IN QUAELIBET A. F. dicit Histrum, ut maior videatur ab Eridano, aliorum amnium fluenta suscipere.

420. NON SOLUS minor ergo esset, si solus exiret.

WC 421. DEXTERIORA P. id est unda.

W'CE MONTIS Appennini scilicet.

WCG' 422. CAVUM DELABITUR INDE Virgilius 'Et cava flumina crescunt Cum sonitu'.

WCG 423. EDITOR creator.

WCG' 424. MARICAE civitatis est nomen.

WCA 425. INPULSUS adiutus, auctus.

WCG' Et hic fluvius est Vestinus.

W'CG' RADENSQUE SALERNI nomen est civitatis. Ostendit, quid sit Salernum, cum ait 'tecta'.

426. MACRA ordo est: Macraque, qui vicinae Lunae procurrit in aequora, nullas alnos vado moratus.

MACRA naves enim non potest sustinere et ideo Macra dictus est. Bene autem dixit 'nullas moratus', quippe non sustinet alnos, unde breves excavantur naves, ut Virgilius 'Tunc alnos ⟨primum⟩ fluvii sensere cavatas'.

WCG' 428. LONGIOR E. Q. S. id est Appenninus.

---

22 (naves)—23.

1 Parem *C* | p. p. i. u. *G* | fama *U* || 2 H.] li. *C* | Nilus creditur *UAR'V* || 4 F.] s. *W* || 7 esset] ÷ sed *C* || 8 DEXTERIORA P. *(G')* Unda montis scilicet *(om. ADV)* appennini thibrim facit et rutubam cavum *G'ADV* || 10 Virgilius] *ge. I 326. 327* || 13 nomen est *(om. P)* civitatis *G'* || 15 Vestinus *(om. P)* fluvius est *G'* || 16 solerni *C* || 17 solernum *C* || 18 Macraque *W* Macroque *C* | est] est. Qui *G'* | qui . . . 19 procurrit] sucurrit *C* lunae est *W'* || 19 in *om. W'C* || 20 naves . . . potest *bis in C* || 21 nullum oratus *C* | †Oratius *G* Oratius *P* || 22 cavantur breves *U* | naves *om. CG'* | Virgilius] *ge. I 136* || 23 Tunc . . . sensere] fluvius ensere *G'* || 24 Longioreq; s. *C*

429. Aspicit legitur et excipit. WC

430. Domitusque S. ipse Appenninus. W'CG'

Sabello Sabinorum, ut Virgilius 'Dentesque Sabellicus exacuit sus'. W'CG

431. Piniferis ut Virgilius 'Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Maenalus'. WCG'

434. Lacinia Iuno Crotoniensis, ut ait Virgilius 'Attollit se diva Lacinia contra'. W'CG'

Ideo diva Lacinia dicta propter Iunonem et, ut ostendat Scyllae vicinam, 'Laciniam' ait et 'navifragum Scyllacaeum'.

435. Italia ab Italia WC

Montis legitur et pontus.

437. At postquam g. t. e. p. e. Scyllae et Caribdis; nam in una parte Scylla, in altera Carybdis fuit, ut Virgilius 'Dextrum Scylla latus, levum inplacata Caribdis Obsidet'. Tellus, quae Siciliam iungebat Italiae, ex utroque latere fluctibus caesa dissiluit. W'CG'

438. Peloro hic gubernator Hannibalis fuit, qui, dum eum duceret per Siciliae fretum, credidit se ad tales angustias per insidias devocatum, occidit Pelorum; qui cum post agnovisset iter tale esse, tumulum ei construxit et loco nomen dedit.

440. Gaudet ut ait supra ⟨I 150⟩ 'gaudensque viam fecisse ruina' et hoc iam crudelitatis est, non virtutis. WCP

---

7 (Virgilius) — 8 (contra).

---

1 excepit *C* ⟨excipit⟩ legitur et aspicit *G'* || 3 Virgilius] *ge. III 255* | ut ... 4 sus *om. G'* | Dentesque *om. U* | sabellicos *W* sabellinus *C* || 4 exacuit *om. U* || 5 Virgilius] *buc. 10, 14. 15* || 6 Menalus patitur latii *WC* || 7 Virgilius] *Aen. III 552* || 9 Lacinia ... 10 vicinam *om. U* || 10 navifragari scyllam *U* || 13 ⟨pontus⟩ legitur et montis *UG'* || 14 p.] pro *C* | Extremi colles *lemma in G'* | nam ... 15 Carybdis *om. G'* || 15 in altera ... fuit] caribđ inalī *U* | ut ... 16 obsidet *om. U* || 15 Virgilius] *Aen. III 420. 421* || 17 Tellus] caribđ est tellus *U* | sciliam *C* || 19 Peloro hic] Pelorus *UV* || 20 Siciliae] sic die *C* | ad *W'V* in *G'AR'* vi *C* || 22 tale] late *C* || 25 ruin(a)e *PC*

441. HESPERIAE F. quod non vacantes fines Hesperiae hoste terat, id est 'ipse' et ubique subaudimus 'gaudet'.

W'CP 442. PERDAT ITER dum ubique pugnatur.

W'CG' 444. QUAM FREGISSE IUVAT id est nec tam iuvat.

W'CG 445. QUAM SI FERRO hoc enim tum fit, cum resistit inimicus.

W'CG' POPULETUR vastet, ut Virgilius 'Populatque ingentem farris acervum Curculio'.

WCG' 446. CIVEMQUE VIDERI id est pudet.

W'CG' 447. VARIOQUE FAVORE quem sequerentur incertae.

448. PRIMO TERRORE RUENTES id est quamquam ad prima bella cessurae sint, tamen muniunt civitates.

WC 450. ET OBDUCTO legitur et abrupto.

WCG' ABRUPTO alto, ut Virgilius 'Fertur in abruptum magno mons inprobus actu'.

WCE 451. SUPER de, ut Virgilius 'haec super arvorum cultu' et 'haec super e vallo expectant'.

W'CG' 454. CUM TERRORE F. fides in Pompeio et terror in Caesare.

WCG' 455. HUNC AEQUORA T. S. id est austrum.

W'CG' 456. LAXATA TRIDENTIS A. 'hunc Aeolium tridentem' declinavit. Venti autem ut exeant, terras dicit esse laxatas, ut Virgilius 'Cavum conversa cuspide montem Inpulit in latus'.

W'CGE 458. ICTA percussa.

W'C NOTO vento, abeo quod dixit 'ventum tenuere priorem'.

---

4. 9. 10. 20.

1 constrinxit *C* | quod . . . fines] finis *P* | quod . . . 2 gaudet] gaudet quod non *U* || 2 hoc steterat *WC* hoc est erat *P* | subaudimus . . . ubique *om. P* || 3 pugnat *W* || 4 iuvat *om. G'* || 7 vastetur *P* | Virgilius] *ge. I 185. 186* || 8 farri sacervum *W* || 10 sequerentur *AR'*] sequentur *WC* sequantur *UG'* || 12 cessere *U* caesare *W* cesare *C* || 13 ⟨abrupto⟩ vel ab ducto i. alto *U* || 14 Virgilius] *Aen. XII 687* || 16 de] desuper *CAR'V* | Virgilius] *ge. IV 559* || 17 haec] *Verg. Aen. IX 168* | prospectant *Verg.* || 18 F.] s. *C* | in *om. W* | et in cesare terror *W* || 20 T. *om. W* || 22 ut . . . 23 latus *om. U* || 23 Virgilius] *Aen. I 81. 82* | cuspidem *W* || 25 nuto *C* | vento (v *superscr.*) *C*

460. VINDICAT U. N. sensus est: licet postmodum coeperit Caesar, qui est violentior, adhuc Pompeio serviunt populi mentes. W'CG'

NOTUM austrum accipimus, qui prior coeperat flare. WCG'

461. TERROR ERAT id est facilis vertebat. Ordo: facilis erat.

DUBIAMQUE F. F. F. Pompei scilicet fortuna dubiam fidem esse faciebat, dum qui eum secuntur, saeva tolerabant.

462. GENS ETRUSCA dixit, qui adventu Caesaris fugerint. W'CG'

NUDATA LIBONIS Scribonius Libo cum videret Iguvinos, quibus praeerat, in favorem Curionis esse pronos, timens ne Caesari proderetur, fugit. Hoc fecit et Thermus: Spoletium deseruit, civitatem Umbriae, quam tenebat.

463. IUSQUE SUI 'ius sui perdidit', quia iam in Caesaris venerunt potestatem.

465. CAESARIS AUDITO in fuga scilicet.

CONVERSUS N. S. est enim L. Syllae filius, qui civili bello vicit. Hic enim fugit Caesare propinquante.

466. VARUS UT ADMOTAE P. A. A. Attius Varus cum in Piceno cum praesidio esset, adventante Caesare timens civitatem Auximon dereliquit.

ALAE id est Caesaris.

14—15. 22.

1 U. N. *om.* *WC* | sensus . . . postmodum] scilicet postmodum *WC* id est primo dum *U* || 2 coeperit] coerit *P* coi erit *G* || 3 populi mente serviunt pompeio *G'* | mentis *W* metuentes *U* || 4 accepimus *C* | flaue *C* || 5 vertebat mentes *G'* || 7 pompeio *G'* || 8 sequuntur *G* || 9 et rustica *W* | quia *G'* | fugiant *G'* || 10 *cave corrigas scholiasten* | iguinos *W'C* igninos *G'AV* anagninos *R'* || 11 pronos] propter nos *U* paratos *AR'V* || 12 caesre *C* | therimos *C* | Thermus, qui *Oud.* || 13 spoletum *R'* spolium *G'AV* pelium *W'* steliō *C* || 14 ius sui *om.* *W* || 15 potestatem venerunt (- ant *A*) *WA* pot. venerat *R'VCo.* || 16 addito *C* | fuga *WC* in fugam scilicet conversus est *G'* || 17 Sylla. Fuit enim l. (lucius) *G'* syllae *G'*. Fuit enim filius lucii syllae *AR'V* || 18 appropinquante *AR'V* || 19 atius *W* actius *UAV* Accius *G'R'* || 20 pieno *P* pinocum *W* purno *G* || 21 ausimon *C* || 22 Alie *W* alue *C* | cesare *C*

468. QUA SILVE subaudimus 'erant'.

WCG' 469. LENTULUS ASCULEA nomen est civitatis.

W'CG' VICTOR CEDENTIBUS INSTAT id est Caesar secutus est et fugatas acies revocavit solo duce Lentulo fugiente cum signis.

471. ET NULLAS DUCENTIA SIGNA COHORTES post fugam enim Lentulus sola signa Domitio rettulit ad Corfinium civitatem.

WCG' SIGNA C. id est fugiunt.

W'CG' 472. COMMISSAE a Pompeio.

473. SCIPIO L. P. Cornelius Scipio cum duas cohortes haberet, quas senatus metu belli Parthici Caesarem iusserat dare Pompeio ad vindicandam mortem Crassi, diffidens adventu Caesaris militibus suis Luceriam deseruit civitatem.

WCG' 474. IAM legitur et nec.

W'CG NEC PRIDEM id est nuper.

W'CG' 475. QUA GALLICA DAMNA id est pube.

476. DUMQUE IPSE AD BELLA VOCARET sensus hic est: supra illa damna, quae fecerant Parthi vel Galli, hoc addidit Magnus, ut dum ipse eandem pubem vocat, a Caesare coeptis bellis civilibus, deleretur.

WCG' 478. AT TE CORFINI Corfinium nomen est civitatis.

W'CG' 480. OPPOSITUS Q. P. T. MILONI hi enim Pompeiani milites Milonis circumsedere iudicium. Bene autem 'polluto' addidit, quippe qui occidit Clodium.

483. CONSPEXIT id est Domitius.

16.

2 est *om.* *P* || 3 securus *W'C* || 4 fugatus *G'* | lentulo et *C* || 5 nullus *W* nulla *C* N. *G'* || 6 retulit domitio *G* | r&tulit *C* || 8 signe id est *C* | fugiunt commissa pompeio *G'* || 9 cummisse *C* || 10 L. *G*] nuceriae *WCP* | duas] V. *U* || 12 iudicandam *C* || 13 milibus *C* | l+ucernriam *G* nuceria(m) *WU* | reliquit *G* || 16 Quam *C* Que *W* | pubes *W* || 18 vel Galli *om.* *W'C* | haec *U* || 19 addit *G'* accidit *AR'V* magno *G'AR'V* mago *C* || 20 coeptis *om.* *U* | bellis . . . deleretur *erasum in* *G* | delerentur *UV* delentur *R'* || 21 *nil nisi* civitas *U* || 24 occidit *UAR'V* occiderunt *WCP*

485. Montanis u. e. et fontibus legitur. WC

488. Lentus segnis, ut Virgilius 'Qui nunc lenti consedimus arvis'. WCG'

Terat otia r. ut Virgilius 'Libycis teris otia terris'.

490. Hic primum stans Caesar ubique enim venienti cuncta cesserunt. W'CG

492. Nam prior quare nequiquam. WCG'

Amne soluto hoc est ponte sublato. W'CG'

504. Hostis compellitur hic hostis compellitur ad tutas sibi arces a stationibus pulsus a Caesare; est ergo nominativus 'hic hostis'; nam compelli non potest Caesar.

506. Erigit Caesar. WCG'

Vinea [vinea] genus machinae contra muros. W'CG'

508. Captivum d. Domitium.

509. Ante legitur et alte. WCG'

514. Exemplumque mei quod et aliis victis ita sim vitam traditurus. W'CG'

517. Heu quanto verba poetae irascentis, quod Domitio sit vita concessa.

519. Poenarum extremum c. id est haec est poena vehementior.

521. Premit ille g. i. id est Domitius.

522. Et secum deest 'sic locutus est', ut apud Virgilium 'haec secum'.

525. Caesaris e. m. quod pepercit invito.

---

2. 10 (nominations). 23.

---

1 u.] vallibus *Usener* || 2 signis *WC* | ut . . . 3 arvis *om. G'* || 2 Virgilius] *Aen. XII 237* || 4 erat *C* | Virgilius] *Aen. IV 271* | ripis *G'* || 6 cuncta cess.] caesari ruunt cuncta *G'* caesari cuncta cesserunt *AR'V* || 7 quare] ideo *G'* quare nequiquam dixerit ostendit *AR'* | nequipquam *C* || 9 hic h. c. *om. UC* || 10 *pr.* a] sa *C om. W'* | pulsis *W'* || 11 non] nos *U* mus *W* || 13 vinea *om. UG'* || 15 ⟨alta⟩ vel ante *U* || 16 quē ei *C* || 17 vita *C* || 18 quantum *WC* | Uerbo *P* | Exclamatio *U* || 23 et secunde. est *C* et secundę est *W om. U* sic] s. *U* | ut] et *G'* | apud *om. U* | Virgilium] *Aen. I 37*

W'C 528. Iamque secuturo i. ordo hic est: iamque secuturo iussurus classica.

W'CG' 529. Ratus temptandas mo[ri]turi militis iras adloquitur; qu[a]e ergo superflue posuit, quod ait 'temptandasque ratus'.

WCG' 531. O scelerum u. a laude coepit oratio. Ultores ut Virgilius 'Quos iustus in hostem Fert dolor'.

W'CG' 533. Non privata d. quia mandatum est contra Caesarem bellum.

WC Bellum legitur et pugnam

WCG' 534. Ardent Hesperii ut Salustius 'Ardebat omnis Hispania citerior' et Virgilius 'Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante'.

W'CG' 536. Pollutos Caesaris enses innocentior est enim, qui prior accipit iniuriam, ut apud Virgilium hoc Venus tangit: 'Qui⟨n⟩ intra portas a. q. i. p. m. A. m. e. i. s. f. Aeneas ignarus abest'.

WCG' 537. Di melius ordo: melius quod priores.

W'CG' 538. Coeperit inde nefas a partibus Caesaris.

WCG' 539. Supplicium poenamque p. a Caesare.

W'CG' 540. Proelia i. d. iustum bellum dicitur, cum inter se hostes dimicant, ut Virgilius 'adveniet iustum pugnae, ne accersite, tempus' et Cicero de Catilina 'bellum iustum geremus'.

W'C Patriae sed vindicis i. id est vocari decet.

WCG' 541. Quam cum Catilina p. id est quam illud fuit.

---

1 namque *U* ‖ 2 visurus *W'* ‖ 3 morituri . . . 4 quae *om. G'* ‖ 4 quod . . . 5 ratus] tacitas cohortes *U* ‖ 6 alam de *W* ‖ 7 Virgilius] *Aen. VIII 500. 501.* ‖ 8 est] est a senatu *U* ‖ 9 bellum *om. W'C* ‖ 10 ⟨pugnam⟩ legitur et bellum *G* ‖ 11 Salustius] *Maur. I 85* ‖ 12 Virgilius] *Aen. VII 623* | et . . . ante *om. G'* | *schol. v. 534 bis ext. in C* ‖ 15 accepit *C* | ut . . . 17 abest *om. U* | Virgilium] *Aen. X 23. 24. 25* | 16 intrat *G'* | e . . . 17 abest *om. G'* | 16 s.] f. *WC* ‖ 18 Dii *G'* ‖ 21 proeliat *C* | dicitur bellum *W* ‖ 22 Virgilius] *Aen. X 11* ‖ 23 Cicero] *in Catil. II 1, 1* | Catilina . . . 26 cum *om. G'* ‖ 25 decet vocari *U*

542. ARSURAS IN TECTA F. non 'in tecta arsuras', sed 'paravit in tecta'.

543. EXERTIQUE MANUS V. C. subauditur 'paravit arsuras in tecta manus'.

544. O RABIES M. D. id est Caesaris. WCAR'

546. AD CINNAS MARIOSQUE VENIS qui tyranni fuerunt; W'CG' nam Camilli et Metelli patriae custodes fuerunt.

STERNERE PROFECTO mactaberis, occideris, ut Virgilius 'Nos animae v. inhumata infletaque turbe Sternamur campis'.

548. PASSUS SICANIO T. ordo: passus Carbo, qui tegitur. Carbonem enim Pompeius occidit in Melita insula. Ideo dictum 'Sicanio sepulchro'. Hoc Sallustius ait 'Carbo turpi formidine exercitum atque Italiam deseruit'.

550. QUAMQUAM SI QUA FIDES si quis mihi credit. WCG'

551. QUOD ROMA FURENTI O. id est invideo, quod te W'CG' ego sim perempturus.

553. ORIS legitur et arvis. WCG'

SCYTHICIS CRASS. R. optativum modum de praeterito tem- W'CG' pore debemus accipere: utinam remeasset, ut Virgilius 'fecissentque utinam'.

554. QUA SPARTACUS HOSTIS Spartacus fugitivorum dux victus a Crasso est. Hoc ergo dicit: Si victor et incolumis a Parthis Crassus redisset, ipse te similiter superaret ut hi Spartacum.

557. FERVIDUS HAEC ITERUM C. P. S. ut Virgilius contra WCG' de sene 'sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet'.

---

3 Exercique *W* || 4 manus] faces *AR'V* || 6 AD . . . qui] Cinna et marius *U* || 8 mactaveris *C* | Virgilius] *Aen. XI 372. 373* || 9 Sternamur campis *om. G* || 10 PASSUS . . . tegitur *om. U* | sicanit *W* | T. *om. C* || 11 mileta *G'* || 12 salus *C* | Sallustius] *Maur. I 38* || 15 rome *C* || 17 ⟨arvis⟩ vel oris *U* || 18 CRASS. R̄.] c a κ a f. R̄. *W* cras. r̄. *C* u. (*om. P*). c. r. *G'* | tempore *Keller*] naturae *W'G'* —a *C* || 19 accipere *om. W'C* | ut . . . 20 utinam *om. U* | Virgilius] *Aen. II 110* || 21 dux *U*] primus *G'* *om. WC* || 25 Virgilius] *Aen. V 395. 396* | econtra *G'* || 26 habet *CG'*

WC 558. DISCES legitur et discent.

W'CG' NON ESSE AD BELLA F. sensus hic est: scient milites Caesaris non ideo nos proelia[sse] fugituros, quia longam elegimus pacem.

559. QUI PACEM P. P. bene positum 'pacem pati', tamquam necessitate in pace fuerit semper paratus ad proelium.

560. DEFECTUMQUE VOCET qui iam defecerit.

562. PERDUCERE LIBER bene 'liber', quia hic non adsensit ad regna. [Sic dictum sicut supra ⟨I 311⟩ 'Veniat dux iam longa pace solutus'.]

563. SUPRAQUE NIHIL supra me scilicet.

WCG' NISI REGNA RELIQUI nam hoc nomen p. R. expulerat.

W'CG' 564. NON PRIVATA C. quia hic sola regna reliquit.

566. CAESARNE ad invidiam posuit unum et tot, in Caesare nomen hominis, in senatoribus dignitatem.

WCG SENATUS 'huius senatus' genitivus casus.

W'CG' 568. MULTISNE REBELLIS ut adhuc victa non sit.

WCG' 570. QUOS FUGIT legitur et fudit, id est Caesar.

W'CG' 571. INCERTI STAGNA PROFUNDI 'incerti', quod accedat et recedat; hoc ergo stagnum Caesar Oceanum nominabat.

572. TERRITA QUAESITIS O. T. B. ut fugerit, quos ipse quaerebat.

WCG' 573. QUOD FAMA F. Caesariani.

W'CG' 574. EXPULIT ARMATAM bene 'armatam', ut sit parata ad bellum gerendum.

WC A SEDIBUS et e sedibus.

W'CG' URBEM posuit pro civibus.

21—22.

3 proeliasse fugituros *W'C* proelia fugisse *G'* ‖ 4 eligimus *G'* ‖ 5 pacem pati] pacem p. p. *U* pacem peti *G'* paci *WC* ‖ 6 proelium . . . 7 DEFECTUMQUE] fectumque *C* ‖ 7 defecerat *U* defecit *G'* ‖ 8 hic *om.* *G* ‖ 9 Sic . . . 10 solutus *om.* *W'C* ‖ 10 solutos *P* ‖ 12 relinqui *C* | p. R. *W* p. p. *CG'* ‖ 13 quia hic] sed regna cupit, quia pompeius *U* ‖ 15 senatibus *G'* ‖ 18 Quod *C* | ⟨quos⟩ vel quod G_2 | ⟨fudit⟩ vel fugit G_2 *P* | id . . . Caesar *om.* *G* ‖ 19 Incertis *W* ‖ 21 fugeret *UG'V* ‖ 24 ut sit parata ad bellum bene armatam gerendum *C*

577. Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem id est suum; dicit ergo ante duos menses.

578. Omne fretum pelagi metuens id est me. W'CE

579. Terrarum in s. p. concessit enim his Pompeius W'CG' civitatem, in qua consisterent.

581. Indomitum id est Mitridatem.

582. Sylla felicior dimicavit enim contra Mitridatem; sed cum audisset sibi Marium successisse, cum sex legionibus discessit et bellum civile commovit. Ideo ergo ille felicior, quia ille Mitridatem superare non potuit, qui felix Sylla nominabatur.

585. Ad Phasidos u. fluvius in Colchide positus sub septentrione.

586. Medius legitur et melius.

587. Flectente obliquante, ut fieri solet solis accessu. Syene subauditur 'medius mihi cognitus axis'. Syene regio Aegyptia, in qua homines hora sexta umbras suas sub se habent, non ut nos, quorum umbra iuxta solis cursus in latere torquetur.

588. Occasus mea iura timent 'occasus' plurali numero WCG' posuit, id est occidens.

Tetinque fugacem id est mare rapidum intrat. W'CG'

589. Qui ferit Hesperius post o. f. B. hic enim ultimus est subactus et factus Hesperius id est Romanus. W'C

Baetis fluvius Hispaniae; subaudimus et hic [autem] W'CG' 'mea iura timet'.

6.

---

1 antevis exactum urbem conderet cinthia orbem *C* conderet orbem quam cynthia orbem *W* || 4 Terrarum in s. p.] Angusta. q. d. *P* Angustamque d. *G* || 6 metridatem *W'G'* || 12 fasidos *WC* | cholchi depositus *U* alchis positus *DV* | in *U* || 14 legitur et] vel *U* || 15 Flectentem obliquantem *WC* || 16 Syene] Sirene *G* | Sirene regio *G* || 17 sane regio *U* || 19 rotatur *U* || 21 occides *C* occidentis *W* || 22 Thetimque *W* || 23 Hesperium. s. *W* || 25 Hispaniae] hispaniae ultimus *G'* | *post quam vocem sequ.* qui et beticae provintiae nomen dedit . . . humile vel mersum vocant, *quod vide ap. Isid. or. XIII 21, 34* | subaudimus *om. G'* | autem *om. UG'*

591. HENIOCHI civitas in Ponto in parte Asiae.

EREPTO VELLERE hinc enim Iason, id est a Colchis, pellem auream arietis Phrixei abstulit, de qua fabula hominibus sunt facti noti.

COLCHI subaudimus 'me cognoverunt'.

W'C 592. CAPPADOCES gens apud Pontum, per quam Alis fluvius fluit.

WCG' 593. INCERTI IUDEA DEI Iudea gens in fine orientis constituta est, de qua incertum est, quem deum colat.

W'CG' MOLLISQUE SOPHENE propter calorem regionis mollis est nominata.

594. TAUROSQUE SUBEGI Taurus mons in Cilicia; pro hominibus autem posuit montis nomen.

WCG' 596. CLAMORE SECUNTUR contra Virgilius 'sequitur clamor, caelumque remugit'.

W'CG' 603. EXPLORAT temptat, ut Virgilius 'et temptat sese'.

W'C 606. QUOSLIBET IN SALTUS in quae vult loca.

609. BRUNDISII oppidum situm [est] ad oras Adriatici maris.

WC 610. URBS EST quae sit Brundisium, dicit 'Dicteis olim possessa colonis'.

W'CG' DICTEIS Cretensibus, ut Virgilius 'Dictea negat tibi I. a.'.

W'CG' 612. CECROPIAE Athenienses; Virgilius 'Tum pendere poenas Cecropidae iussi'.

1.

2 id est *om. G'* || 3 Phrixei *om. W'C* | familia *C* || 4 noti colchi. *G'* || 5 subaudimus] s. *G' om. W'C* | cognoverint *W* || 6 populi *et* quos *UV* || 10 mollis dicitur propter calorem regionis *U* | propter . . . nominata] ob solis calorem molis *P* | regionis] enim solis regio *G* || 13 nomen montis *U* || 14 Damore *C* | Virgilius] *Aen. X. 504* | sequitur *om. W* || 15 caelum clamorque *codd.* || 16 temptat *gl. in UG'EV* | ut . . . sese *om. UG'EV* | Virgilius] *ge. III 232* || 18 Brundus ii *C* | Oppidum brondisii *U* | est *om. C* || 20 *nil nisi* brondisium *exh. U* || 22 *ad. v. 596 exh. G'* Verba. d. n. Virgilius. Dictea negat tibi. | Virgilius] *Aen. III 171* || 23 Virgilius . . . 24 iussi *om. UAR'V* | Virgilius] *Aen. VI 20. 21*

612. MENTITIS THESEA VELIS bene 'mentitis'; iuxta enim placitum patris obliti sunt vela mutare et pater sese praecipitavit in fluctus, dum credit filium esse superatum. Theseus inde loci odio navigavit venitque ad Italiam condiditque Brundisium; ideo profugos eos dixit a Creta. [Nota fabula apud Virgilium].

613. HINC legitur et hanc. WC

614. HESPERIAE legitur et Italiae. WCG'

LINGUAM dixit angustam terram, quae in mare intrat paulatim deficiens. W'CG'

615. QUAE IN CORNIBUS id est lingua.

621. CONTENTAE FUNE C. ut ancorae non quaererentur. W'CG'

616. ARTIS FAUCIBUS strictis quippe terrae cornua flectuntur et portum faciunt.

623. CORCYRA TUOS nomen insulae in Adriatico mari.

624. ILLYRIS IONIAS regio Adriatici maris in occidente.

EPIDAMNOS nomen est civitatis Illyricae.

625. HOC FUGA N. C. id est petit; 'hoc' autem absolute posuit, hoc est unde loquimur. WCG'

ADRIA VIRES id est Adriaticum mare. W'CG'

626. IN NUBES A. C. Ceraunia montes sunt Epiri. 'In nubes autem abiere' dixit, cum nubibus contecti non videntur.

627. SASON oppidum Calabriae ad oram positum eiusdem maris.

628. ERGO UBI NULLA F. id est nulla fiducia de his ostenditur, quae dimisit. WCG'

13—14. 20.

1 theauelis *C* || 2 se *G'AR'V* || 3 crediditt *R'V* || 4 odio] ideo *W'C* || 5 brondisium *G* | eos *om. U* || 6 Nota . . . Virgilium *exh. G'* || 7 ⟨hanc⟩ vel hinc *G* || 9 Linguam *bis C* || 10 deficiensq; *W'* || 11 linguae *WC* || 12 contentes U. N. E. C. *C* | non *om. W'* || 13 strictis *om. W'C* || 14 cornum *C* cornu *W'* || 15 nomen ins.] insula *U* || 16 occidentem *WC* || 18 ⟨Huc⟩ Vel hoc(?) fuga *G* || 20 adriatici cummare *C* || 21 cereunia *W* ceræunia *C om. U* || 22 abire *G'* | contegi *W* contege *U* | cum *ante* non *pon. W'* || 25 id est fiducia erat *U*

630. Cum mediae i. causa, cur non licet.

631. Natum c. f. a. Sextum Pompeium dicit.

W'CG' 633. Eufraten N. nominat fluvios pro hominibus.

WCG' Quo nominis u. id est quousque.

W'CG' 635. Post me Roma d. prior enim ipse scitus est ab his gentibus quam civitas Romanorum sive ut sit: per quas est Roma vulgata, postquam ego dux eius fui; nam ante nesciebatur.

Sparsos per r. colonos Pompeius his victis civitatem Pompeianopolim dederat; hos ergo nunc ad exercendam piraticam vult redire. 'Colonos' ergo dupliciter accipimus, sive sparsos colonos per rura mari redde, sive sparsos per rura colonos mari redde, ut colant mare.

WCG' 636. Parthos legitur et Pharios. Pharios Alexandrinos Pharios dicit.

W'CG' 637. Tigranemque meum hic enim Pompeio tradidit Mitridatem, ideo [dicit] meum.

Pharnacis arma r. Pharnax filius Mitridatis, qui ut se Pompeio probaret favere, caput ei patris sui misit. De quo Tullius in Caesarianis ait 'tecumque in acie contra Pharnacem fuit'.

638. Nec tu populos id est admoneo; 'ne relinquas' ubique accipimus. Utraque vagantis Nomadas dicit, de quibus Salustius 'quas nox coegerat, sedes habebant'.

640. Et quas t. a. denso id est manus; 'densum aequor' nove dixit, quia stringitur gelu.

2.

1 media ei *C* | causa *om G'AR'* || 3 N. *om. WC* | fluvios *om. U* || 5 post numeroinad prior *C* | adscitus *G* ascitus *P* || 7 est *om. G'* || 8 nam *om. W'C* || 9 his (hic *P*) *sscr.* i. piratis *G'* | hic victus *WC* || 11 vero *U* || 15 Pharios *om. G'* || 16 tradidit pompeio *U* || 17 ideo meum] idoneum *U* | dicit *G'* dixit *AR'V om. W'C* || 20 De ... 21 fuit *om. UAR'V* || 20 Tullius] *pro rege Deiot. 5, 14* | aciem *CG'* || 23 ubique acc. *om. UADV* | Ultraque *WC* | numadas *UP* numidas *G* | de ... 24 habebant *om. U* || 24 Salustius] *Iug. 18, 2* || 24 nos *WC* || 25 Et ... aequor] denso *U* | densum aequor] densae in aequore *G'*

641. MEOTICA Meotidem paludem dicit, quae gelu stricta fit iter plaustris.

642. PER ORTUS per totum orientem.

'Hos ortus' numero plurali; sic supra ⟨588⟩ 'occasus mea iura timent'. WCG'

644. IN CASTRA TRIUMPHI id est mei; de quibus gentibus triumphavi. W'CG'

645. SIGNATIS NOMINE F. fasti dicuntur libri, qui annum et acta ipsius anni continent. Has ergo vult venire gentes, quae Latio nomine, id est consulum Romanorum, fastos suos signant, id est quae legibus populi Romani utuntur.

646. BOREAS AGAT id est te, fili, ducat.

650. LONGAEQUE QUIETIS 'huius segnis' et 'huius longae quietis' genetivus est casus. WCG'

652. ADSEQUITUR id est Pompeium. W'CG'

653. SUFFICERENT ALIIS id est imperatoribus.

654. INFESTE legitur et obsessae. WC

656. ROMA CAPI id est sufficeret aliis.

FACILIS id est quam facile capere poterat. WCG'

657. CUM QUID cum aliquid. W'CG'

660. COMMUNEM T. E. D. communem secum, quod et Pompeius sit in Italia. W'CG

COMMUNEM id est Italiam.

NEC RURSUS A. scilicet si expellat ab Italia. W'CP'

662. ET LATUM D. R. A. id est obstruit, ut Pompeius nec Italiam communem habeat positus in litore, nec expulsus aperto mari possit errare.

---

18. 23.

1 Moetica *C* M^o^etica *W* Meotica *G'* | moetidem *WC* meotidem *UP* Meoticam *G* | dixit *UA* || 2 facit *G'V* || 6 IN *om.* *C* || 8 Signatas *C* | Fastidiuntur *G* | libri *om.* *W'CG* || 9 acta] aetatem *G'* || 10 fastus *CUAV* || 11 romani populi *U* || 13 huius longae et huius segnis *WC* | et *om.* *G'* || 14 genitivus *WG'* | casus est *G* || 17 ⟨infestae⟩ vel oppressae *U* || 18 sufficeret *ADV*] sufficerent *WC* sufficiet *R* || 19 capi *W* | poterant *WC* || 21 conmunem *G* || 24 expellit *W* expellet *C* | ab *om.* *W'C* || 25 obruit *W* || 26 *alt.* nec] et ne *U* ne *W*

663. IN INMENSUM C. L. O. id est satis vanus.

W'CP 666. DEPELLATUR ERYX mons in Sicilia.

W'CG 667. VERTICE GAURUS mons in Campania.

W'CG' 668. PENITUS STAGNANTIS A. subauditur 'nullae tamen aequore rupes emineant'.

670. INNECTERE V. S. ut catenas faciant de trabibus et Pompeium includant.

672. TUMIDUM S. A. XERXEM legitur et Persen.

XERXES Persarum rex fuit; hic inter Seston et Abydon viam fecit.

673. MULTUM CUM PONTIBUS A. ut diversas iungeret terras.

W'C 675. INCESSITQUE F. ordo: et incessit super fretum rapidi Hellesponti. INCESSIT ambulavit.

W'CG' 677. IN MEDIUM D. ATHON Athonem montem intercidit et mare admisit; hic ergo iocatus est poeta dicens plaustris per Abydon ibat ad Seston et ferebat naves ad Athon; quem montem Virgilius ostendit 'quantus Athos aut quantus Eryx'; sic Salustius ait 'a privatis conpluribus subversos montes, maria constrata'.

678. ARTANTUR a Caesare scilicet.

CASU NEMORUM deiectione silvarum.

680. TELLURE NOVA 'nova', quia mare trabibus straverat Caesar.

683. ACTAE inpulsae.

3.

1 ’satis ,vanus *W* ‖ 4 Penitus in *C* ‖ 6 faciunt *W* | de trabibus *om. U* ‖ 7 includat *C* ‖ 8 legitur et] vel *UP* | persem *W'C* ‖ 9 Xerses enim rex persarum inter *U* ‖ 10 fecit] navibus constructis fecit *U* ‖ 11 iungere *W* ‖ 12 et incessit it ambulaū *U* ‖ 15 hoc *UG'* | ergo *om. U* | iocatus] vocatus *WC* iocando *G* iocante *P om. U* | dicit *U* ‖ 16 ferebat *Oud.*] servabat *codd.* ‖ 17 quem . . . 19 constrata *om. U* ‖ 17 Virgilius] *Aen. XII 701* ‖ 18 Salustius] *Catil. 13, 1* ‖ 20 a] de *G* ‖ 21 Casure morum *C* | disiectione *CG'* disiectiones *W* ‖ 22 construerat *C* construxerat *W'* ‖ 24 pulse *P*

685. Discussere salo in salum, ut Virgilius 'praedamque ex unguibus ales Proiecit fluvio' pro 'in fluvium', et alibi 'inferretque deos Latio', id est in Latium.

686. Balista fundam dicit; et ipsum genus tormenti et is qui mittit, balista dicitur.

687. Multifidas alii accipiunt, quod multum fidant ignibus suis. Sed melius accipimus, quod multum fissas iaciunt, ut ait Virgilius 'ferroque ⟨faces⟩ inspicat acuto'.

Iaculata faces subauditur 'est' sive 'fastigia molis discussit salo'.

693. Ancora v. m. clamorem excivit.

694. Avellitur u. h. ut Virgilius 'unco non alligat WCG'
ancora morsu'.

703. Aequora sulcis id est fluctuant. W'CG'

704. Ergo hostes milites Caesaris.

Portis id est recepti; nam dicturus est 'murisque recepti'.

Urbis Brundisii civitatis exiguae, quia dixerat 'dolent'.

710. Artior E. q. C. v. u. artior Euboica unda, quae verberat Chalcida; [id est] Cumas dixit, quae ⟨urbs⟩ condita est ab Eubois sive Chalcidensibus; sic Virgilius 'talis in Euboico Baiarum litore'.

711. Geminae duae; Virgilius 'geminique minantur In WCG'
caelum scopuli'.

712. Excepere id est hostium manus, quae cunctis W'CG'
erant navibus praeparatae, hae duae naves, quae haeserant, pertulerunt.

---

1 ut . . . 3 Latium *om. U* | Virgilius] *Aen. XII 255. 256* || 3 alibi] *Aen. I 6* || 4 balistam *W* basilistam *C* | ipsi id *U* || 6 multi *C* || 7 quod *om. UV* | multis *P* | fissas iaciunt] fissaciunt *W* fissatiunt *G'* fis satiunt *C* fissas *UV* || 8 ut . . acuto *om. U* | Virgilius *ge. I 292* || 12 H.] b. *WC om. G'* | Virgilius] *Aen. I 169* || 14 Aequore *C* || 16 receptis *W'C in utroq. l.* || 17 civitas exigua *W* | exigua est *C* | dixerant *U* || 18 artior . . . 19 verberat *om. G'* | vergebat *C* | Calc(h)ida *G'* calcidica *W'C* | id est *om. CG'* | cum has *C* || 20 ebois vel *U* | sic . . . 21 litore *om. U* || 20 Virgilius] *Aen. IX 710* | qualis *W* || 21 Baiarum litore *om. G'* || 22 Virgilius . . . 23 scopuli *om. G'* | Virgilius] *Aen. I 162. 163* || 25 has duas *UG'AR'* || 26 perculerunt *U*

W'CG 713. NEREUS id est mare.

WCG' 714. SUMMIS novissimis.

W'CG' SPOLIATA CARINIS ab illis claustris, quae fecerat Caesar.

715. UT PAGASEA R. Argo navis significatur, quae in Pagasea Thessaliae urbe prima est fabricata.

WC 716. EMISIT IN AEQUORA C. hoc meminit Euripides

εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας

et reliqua in hunc sensum.

WCG' 719. ET STATURA R. ipsa Simplegas.

URGERE instare.

722. ET IAM PLIAS ut Virgilius 'Pliadas Hyadas'.

WCG' 723. LANGUENTIA CAELI paulatim deficientia.

W'CG' 725. LUCIFER IPSE DIEM ipse id est qui ductor est lucis.

726. TOTO legitur et victor.

W'CG' 728. DESCIVIT defecit et recessit, postquam multa vicisti.

WCP CONIUGE Cornelia.

W'CG' 731. QUAERITUR INDIGNE id est ubi posset perire Pompeius.

733. MALUERINT deest 'sed quia'.

PHARIAE HARENAE Phariam harenam dixit Nili fluminis, quia in Alexandria est, sic et supra ait ⟨636⟩ 'Pharios hinc concute reges'.

---

4 navis *om.* *U* ‖ 5 civitate *UAR'V* ‖ 6 Euripides] *Med. 1. 2* ‖ 7 ei · ω ι e a a PΓoγcMHδaτιacθaιcκaΦocκaχωNecιιaNκγaNe accιnτſanſandac · *W* ei.' ωΦeaaProιca · aн · δaτιacΦ · aιc · κa · ΦocκoaxωecιλNκιaNe accinτia n r a d a r *C* ‖ 10 Et statura iam phebū *W* | ipsa sum plegus *C* ‖ 12 plies *C* pliades *C* | Virgilius] *ge. I 138* ‖ 14 quia iter *G'* qui auctor *AR'V* ‖ 16 ⟨Destituit⟩ vel desivit *G'* | vicisti] mala fecisti *G* ‖ 18 possit *U* ‖ 19 quia *om.* *G'* ‖ 20 Fariae *WC* | fluminis . . . 22 reges] flum̄ *U* ‖ 21 qui *CP* quod *G* | suprauit *C* ‖ 22 regis *C* EXPLicit · II · IncıPıt Liber tertivs · *W* EXPLicit liber II. incipit liber III. *C* ЄXPLicit Liber tertivs Incipit argvmentv̄ Liberi · III · *E*

LIBER III.

Periocha libri tertii haec est: intrasse Caesarem Romam cum exercitu, dimisso in Siciliam ac Sardiniam Curione ad devehendum populo frumentum; contentionem contra Caesarem Metelli, tribuni plebis, non permittentis aperiri aerarium, donec a Veturio Cotta, ut aperiretur, conpulsus est; expositionem auxiliorum Pompeio missorum; Massiliensium quoque obsidionem, qui nolebant aperire portas et Decimi Bruti de his navali proelio victoriam. W'CG'E

1. PROPULIT UT VELIS CLASSEM CEDENTIBUS AUSTER 'propulit' id est mox ut propulit. Propulit 'porro expulit'; 'pro' enim 'porro' significat. W'CG'

4. SOLUS AB HESPERIA mos est respicere, unde invitus abscesseris, ut Cicero 'retorquet oculos saepe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam esse luget', et Virgilius 'fluctusque atros aquilone secabat Moenia respiciens', alibi 'et stabula aspectans regnis excessit avitis'.

7. DUBIOS CERNIT VANESCERE M. ut iam incertum fiat abscessu, utrum mons sit an nubes.

13. AD STYGIAS INQUIT TENEBRAS contra Elysias sedes ponit Stygias tenebras, contra campum piorum manes nocentes.

---

2 Iste liber continet intrasse *U* | intra se *C* || 3 sicilia *WG'E* | asardinia *E* sardiam *C* || 4 contionem *CG'E* | cum caesare *UE* || 5 etelli *C* | aperire *W'E* || 6 aucturio *G* auerio cocta *C* | est conpulsus *E* conpussus *C* | est *om. U* || 7 expositio *C* Expetitio *G'* | pompei *W* || 8 obsiditionem *U* absidionem *C* | et . . . 9 victoriam *om. G'* || 9 decii *C* | eis *UE* | victoriam. INCIPIT *W* victorio incipit *C* 10 *om. UG'* || 13 mox *C* | invitavi *C* || 14 abscesserit *G'* abscesserat *Ppr* illuc unde inviti abscedimus *AR'V* | ut . . . 17 avitis *om. UAR'V* | Cicero] *in Catil. II 1, 2* || 15 e suis faucibus] sibi *G'* || 16 Virgilius] *Aen. V 2. 3* || 17 alibi] *ge. III 228* || 18 Dubuos *C* | uts ciam *C* || 19 accessu *CG'* | an] in *U* || 20 . . . 21 *nil nisi* contra campum piorum *exh. G'*

W'CG' 14. TENENTIS legitur et furentis.

WCG' 15. QUATERENT Q. V. L. A. 'quas' quales, ut Terentius 'eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit'.

W'CG 16. ADUSTI nigri.

W'CG' 17. LAXANTUR TARTARA POENAS vacua fiunt, ut Virgilius 'laxatque foros', id est vacuos facit, ut ascendat Aeneas. Ostendit tamen excludi illos, qui apud inferos erant, ut accipi possint, qui post bellum civile venturi sunt.

18. DEXTRA PROPERANTE S. id est fata.

19. LASSANT RUMPENTIS celeritate faciendi, sive dum finis est fili, qui mortem significat.

WCG' STAMINA PARCAS RUMPENTIS ut Virgilius 'extremaque Lauso Parcae fila legunt', alibi 'talia saecla suis dixerunt c. f. Concordes stabili fatorum numine Parcae'.

W'CG' 21. FORTUNA E. M. T. 'toris' cum toris.

22. DETRAHERE IN C. F. D. M. habuit enim ante maritum Crassum, qui occisus est a Parthis.

23. CORNELIA Scipionis Metelli filia.

TEPIDO id est adhuc recenti sive Crassi sive meo, quod maioris invidiae est.

PELLEX non uxor.

WC 25. TIBI legitur et mihi.

W'CG' 29. REGESQUE SILENTUM umbrarum, ut Virgilius 'di, quibus imperium est animarum umbraeque silentes'.

---

5 (Virgilius . . . 6 foros). 19 — 20.

---

1 Tenentis *exh. WC* | legitur et] vel *UP* || 2 Terentius] *Eun. IV 3, 11* || 5 poenis *C* | ut . . . 6 Aeneas *om. U* | Virgilius] *Aen. VI 412* || 6 for$\overset{e}{o}$s *G* | fecit *WC* || 8 qui . . . sunt] civili in *(om. V)* bello morituri *UV* || 10 celeritatem *G'* | faciendo *G* || 11 filis *C* || 12 Virgilius] *Aen. X 814. 815* || 13 Lauso Parcae] laus so pariae *C* laus aparte *W* lasso parte *G'* | alibi] *buc. 4, 46. 47* || 14 c. f. *om. WC* | nomine *C* || 15 'toris' *et* toris *om. G'* || 19 Tepido *G'* Innupsit cornelia *WC om. U* | crasso *G* || 22 <mihi> vel tibi *U* || 23 ut . . . 24 *om. U* | Virgilius] *Aen. VI 264* | de *C* || 24 sillentem *C*

32. Perque meos manes id est beneficio umbrarum et manium meorum, cum a te Iulia non recedit.

33. Tua pignora adfinitatem accipimus, quae inter hos erat. WCG'

34. Te faciet c. m. obscure mortem denuntiat: bellum civile, inquit, agis, ne meus sis; bellum civile faciet, ut meus sis. Nam cum te Caesar occiderit, apud inferos eris mecum. W'CG'

35. Dilapsa ut Virgilius 'ter frustra conpressa manus effugit imago'. WCG'

36. Ille Pompeius scilicet. W'CG'

Dei ⟨m.⟩ sacrificiis, quae in primo libro ⟨609⟩ adversa fuisse monstravit.

37. Certa cum m. m. qui nosset mala esse ventura, id est nihil sperans.

38. Et quid ait ordo: et 'quid' ait 'vani terremur imagine visus?'. WCG'

39. A morte et in morte.

A morte r. ut Epicurei volunt. W'CG'

40. Aut mors ipsa nihil subauditur 'est', quod supra posuit. In utroque pro se locutus est: si non sentiunt umbrae, vana sunt, quae vidi, et non timenda; si sentiunt, mortem timere non debeo, quia nihil et mors, si habet sensum similiter ut vita.

Pronus in undas Oceani scilicet.

41. Orbis id est sui. WCG'

44. Legere r. verbum nauticum 'legere'. W'CG'

5—8. 21 (si)—24 (vita). 27.

---

2 redit *C* 4 nos *AR'V* | erant *WC* || 5 c.] e. *C* | bellum . . . 6 agis] bello civili agis *W'C* inquit civile *G* | ne meus sis *om. G'* || 7 meus] oms *C* | Nam *om. W'C* || 9 Virgilius] *Aen. II 793* | τ ut *C* | comprensa *Verg.* || 12 Dei *(CG')*] dehis *W* de illis *U* | Sacrifitia *G'* || 14 id . . . 15 sperans *om. G'* || 17 sensus *G* || 18 imorte *C* || 19 o morter *C* || 21 ultroque *U* || 22 umbrae post mortem vana *U* | umbrae *om. G'* || 23 qui *W* || 25 scilicet *om. UV* || 27 Leges *C* | legere] collegere *U om. G'*

WCG' 47. ABSCONDITQUE F. ut Virgilius 'latet sub classibus aequor'.

W'CG' 51. PRAECIPITI FORTUNA V. id est nulla felicitas satis est.

52. UT BELLUM D. E. hoc est: malebat iam dimicare quam vincere. plus autem dixit 'ut differret', ne vel hoc pati posset, quod postea erat pugnaturus, interim victoriam consecutus.

W'CG 54. CONCIRET conscisceret.

W'CG' 55. ET SUMMA F. ordo: Gnarus trahi et causas irarum et summa momenta favoris annona. Per hanc enim aut irascitur populus, si deest, aut mitis est, si habundet. Declinavit autem 'hac annona' septimo casu.

56. ADSERIT URBES adserere est 'liberum probare', adserit ergo 'liberos probat', ut Terentius 'liberali illam adsero causa manu'.

57. EMITURQUE M. pretium enim, ne timeantur, accipiunt; id est terrorem suum populus vendit potentibus sive divitibus.

59. IUSSUS I. U. a Caesare.

61. AUT SCIDIT hoc enim incertum est, utrum oppresserit terras an ruperit. Virgilius rupisse dixit 'venit medio vi pontus et undis Hesperium Siculo latus abscidit'.

MEDIAS FECIT SIBI LITORA T. 'medias terras', quae antea mediae fuerant, has sibi fecit mare litora.

W'G' 65. UTRAQUE FRUGIFERIS et Sardinia et Sicilia.

---

9 (ordo)—10 (favoris). 12.

1 Virgilius] *Aen. IV 582* | latet *om.* *C* ‖ 3 nulla *om.* *C* | sibi satis *U* salutis *G'* ‖ 4 mallebat *W* ‖ 5 dixit ut *om.* *W'C* ‖ 6 dimicaturus *U* ‖ 8 conscisseret *W'C* as(s)cisceret *VD* ‖ 9 Gnarus . . . et *om.* *W'C* ‖ 10 favoris *om.* *W'C* | annonae *W'C* ‖ 11 si d.] fide est *U* | idē ita ut mitis *C* ‖ 12 hanc *C* haec *U* ‖ 13 Adsirit *C* ‖ 14 Terentius] *Adel. II 1, 40* ‖ 16 Premium *U* ‖ 18 sive divitibus *om.* *U* ‖ 20 enim *om.* *G'* ‖ 21 Virgilius] *Aen. III 418. 419* | Virgilius . . . 22 abscidit *om.* *U* ‖ 23 litoret *C* | medias *om.* *U* ‖ 24 fuerint *CP* fuer̄ *UG* ‖ 25 *a voce* FRUGIFERIS *usque ad v. 182* EXIGUAE P. *deficit* *C* | sicilia et sardinia *UR'V*

66. NEC PRIUS HESPERIAM quia ipsae sunt Italiae propinquiores. WG

LONGINQUIS M. U. extra Italiam natis. W'G'

68. UBERE GLEBAE VIX SUPERANT id est has [duas] insulas in frugum copia vix Afri vincunt, cum apud ipsos pluerit et magnae provenerint messes. Superant ergo possumus 'superantur' accipere.

CESSANTIBUS AUSTRIS dum cessant, id est quando non spirant.

71. PROVISA DUCI Caesari. WG'

74. ARCTOQUE SUBACTA in hac enim parte caeli Gallia est atque Germania. W'G'

76. POTUIT BELLI FACIES id est praemittere. WGA

77. OCEANOQUE DARET triumphantibus enim mos erat, ut picta flumina et provincias, quas vicissent, ante currum praeferrent in tabula; possumus et fluvios victos accipere pro hominibus, qui habitabant. W'G'

79. VINCENDO P. T. quia et victoria belli civilis accessit.

80. VADENTEM ut vadentem passibus aequet. W

82. ESSE TIMORI[S] subaudimus 'se', [sed] quod postea posuit 'et se'. W'G'

83. NON MALLET AMARI ut vi vinceret potius quam favore. WGAR'

84. SUPERAVERAT transierat, ut Virgilius 'et inde Exsupero praepingue solum stagnantis Helori'. W'G'

ANXYRIS montem Tarracinensem dicit, in quo inberbis Iuppiter colitur, unde hoc nomen accepit ex Graeco; sic Virgilius 'quis Iuppiter Anxurus arvis Praesidet'.

---

13. 23 (transierat).

1 Ne *W* ‖ 4 Ubere v. g. s. c. a. *G'* | duas *om. W'* ‖ 5 afri(c)ae *G'* africa vincit *AR'V* | illos *U* ‖ 6 ergo . . . 7 accipere] pro superantur posuit *U* ‖ 8 dum . . . quando] i. quid *U* ‖ 13 praetermittere *G'V* ‖ 15 quos *G'* ‖ 19 aequat *W* ‖ 20 *nil nisi* esse timori ſb *G' supra v. 80* vadentem | *nil nisi* s. se *U* ‖ 22 vi *om. G* ‖ 23 ut . . . 24 Helori *om. UAR'V* ‖ 23 Virg.] *Aen. III 697. 698* ‖ 24 Helori *om. G'* ‖ 25 Anxyris montem] Transierat · ut virgilius *G'* | terracinensem *G'AV* | inherbis *U* ‖ 26 nomen *om. U* grecis *U* | sic . . . 27 Praesidet *om. U* | Virg.] *Aen. VII 799. 800* | anxu(-y *W*)ris *WG'*

85. ET QUA POMPTINAS accipimus 'est' aut 'sunt'.

86. SCYTHICAE QUA R. D. Ariciam dicit, ubi Diana colitur.

SCYTHICAE ubi primum culta est; sic Virgilius 'quem mater Aricia misit' et mox ait 'pinguis ubi et placabilis ara Dianae'.

87. ITER EST LATIIS quia consules ad Albanum montem sacrificiorum gratia ire consuerunt.

89. ARCTOI Gallici, quia Gallia sub septentrione est.

TOTO NON VISAM T. B. per decem annos tracto, ut ipse ait ⟨I 300⟩ 'decimo iam vincitis anno'.

92. PRO QUA P. U. si tu desereris a civibus tuis.

93. EOUS IN ORAS orientalis, ut Virgilius 'eoasque acies'.

WG' 94. NEC IUNCTO S. V. subaudimus 'incubuit'.

95. PANNONIO singulos pro gentibus posuit.

96. IAM PAVIDUM TIBI R. D. id est Pompeium.

98. ATTONITAM T. S. 'subit' intrat, ut Virgilius 'illa subit mediaeque minans inlabitur urbi', hoc est subterit.

99. UT CAPTAE quasi captae.

W'G' 100 SPARSURUSQUE DEOS id est de templis simulacra deiecturus in publicum.

FUIT HAEC M. T. id est timorem suum sic metiebantur, ut crederent Caesarem facturum esse, quid posset. Est ergo mensura dicta pro modo.

W 102. NON et nec legitur.

WG' SIMULARE T. subauditur 'vacat'.

---

9. 12.

---

1 POMPTINAS] pononas *W om. cett.* | est *om. G'* | *nil nisi* s. est *U* | *schol. ad v. 86 pertinet* ‖ 2 que *W* ‖ 4 sic . . . 6 Dianae *om. U* ‖ 4 Virg.] *Aen. VII 762* ‖ 5 pinguis] *Aen. VII 764* ‖ 7 qx *W om. U* ‖ 8 consueuerunt *UV* ‖ 11 vincitis *AR'V*] vincimus *WG'* vicimus *U* ‖ 13 Eoas *W om. cett.* | orientales *WUV* | id est parthicus *add. AR'V* | ut . . . 14 acies *UAR'V* | Virg.] *Aen. I 489* ‖ 16 gentibus] tota gente *G'AR'* ‖ 18 Virgilius] *Aen. II 240* ‖ 19 minas illabitur *G'* | hoc est subterit *om. G* ‖ 24 quicquid *G'* quod *AR'V* ‖ 25 dicta *om. U*

103. VIX ODISSE VACAT id est etiam ipsa odia libere exercere prae timore non poterant, sive ut adventu subito Caesaris trepidi tempus vacuum nec odio reperirent. W'G'

PHOEBEA P. C. per prolempsin; nam illo tempore haec non erat sedes. Ergo Phoebea palatia, quae postea Phoebea sunt dicta; nam haec postea constituit Augustus; sic Virgilius 'Laviniaque venit litora' nunc Lavinia; nam cum venit Aeneas, Lavinia non fuerunt.

104. IURE legitur et more. WG'

NULLO C. I. S. nam privatus Caesar senatum vocabat, cum consules soleant. W'G'

105. NON CONSULE S. quia cum Pompeio erant consules. WR'V

106. PROXIMA L. P. post consules scilicet. W'G'

107. VACUAEQUE LOCO C. C. aediles curules patricios dicit, qui et ipsi habent potestatem convocandi senatus; ergo nunc loco suo cesserunt, quippe non aderant.

108. PRIVATAE C. V. id est Caesaris, qui non erat consul.

112. TAMEN EXIT I. I. id est Roma. Significat autem unum ex Romanis. WG'

114. PUGNAXQUE METELLUS hic tum tribunus plebis fuit. W'G'

115. UT VIDET postea quam videt. WG'

SATURNIA TEMPLA REVELLI ubi aerarium publicum est constitutum. W'G'

118. USQUE ADEO SOLUS ⟨F. M. Q. T. A. N. A.⟩ verba poetae; ut Virgilius 'quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames'.

1—2 (poterant). 14—15 (dicit). 17 (Caesaris). 25 (ut) — 26 (fames).

---

2 non poterant pro (prae *AR'V*) timore *UR'V* | subito *om. U* || 3 repperirent *W'* || 4 prolempsin dictum est *U* | 6 Phoebea] ita *U* | hanc *WAR'V* || 7 sic . . . 8 fuerunt *om. UAR'V* || 7 Virgilius] *Aen. I 2. 3* || 7 *et* 8 lavina *G'* || 8 lavinea *W* || 9 vel timore *U* || 15 ipsi vim habent con- (*om. RV*) vocandi *G'AR'V* | ipsius *W'* || 16 nunc *W'*] non *G'R'V* || 18 in iras *W* || 20 Pugnasque *W om. cett.* | erat *G* || 24 verba poetae] Poeta Metellum increpat, qui propter thesauros se morti opponebat *G'* || 25 Virgilius] *Aen. III 56. 57*

124. FERES auferes.

SANGUINE SACRO sancti enim erant ante tribuni plebis, quippe his resistere aliquem non licebat.

125. VIOLATA P. potestas tribunicia

WG′ 126. INVENIT DEOS scilicet defensores.

W′G′ 127. SAEVA TRIBUNITIAE Gaius Ateius cum diceret Crasso servare se de caelo et eum proficisci vetaret ad proelium, ille contempsit; neglectus tribunus plebis diras imprecatus est. Quo bello Crassus occubuit.

DIRAE 'huic tribuniciae dirae' declinavit. Dictae sunt autem dirae velut deorum irae. Sed hic ultrices significant vel vindicatrices, id est defenstrices tribuni.

WG′ 130. E NOSTRO de eo, quod est nostrum.

132. NON COGIT E. id est te.

W′G′ 136. DIGNUM TE C. I. id est numquam eris tanto honore sublimis, ut dignus sis, cui debeat Caesar irasci.

W 140. SERVANTUR et serventur.

W′G′ SERVANTUR LEGES id est plus habent doloris, si eas Metellus servet, quam si Caesar evertat.

143. OBLITUS S. T. sic enim venerat ut pacatus; nam ait supra ⟨III 71, 72⟩ 'tunc agmina victor Non armata trahens, sed pacis habentia vultum'.

TUM COTTA METELLUM et hic tribunus plebis fuit.

WG′ 145. QUEM REGNA COERCENT id est populum.

W′G′ 146. LIBERTATE PERIT ut libertas sit causa pereundi, cum se adversum potentem libere aliquis sit ausus erigere. 'Libertate' ergo dixit 'dum liber est et resistit'.

WG′ 149. NIL IAM legitur et nullam.

---

3 licebit *W* | licebat et ideo sancti dicebantur *U* ‖ 6 Ateius] & ius *W* etius *U* et annius *P* | annius cum diceret *G* ‖ 7 crassus *W* | cum *PAD* ‖ 8 diras i. deorum iras ei imprecatus *U* dira : *G* | 9 non precatus *P* | est *om.* *G* ‖ 11 quasi *UV* | Sed . . . 12 tribuni *om.* *W′* ‖ 15 tantum *G′* ‖ 17 Serventur et servetur *G′* ‖ 20 venerat *om.* *G* ‖ 23 fuit plebis *UV* ‖ 26 libere *UG′* liber *W* ‖ 27 Libertatem dixit *U*

149. NULLAM id est rem, ab eo quod ait supra <147. 148> 'tot rebus iniquis paruimus'. W′G′

Alii legunt 'nil iam'. WG′

152. NON SIBI SED DOMINO G. E. Q. S. E. cum hi, qui serviunt, inopes sunt, non sibi graves sunt, sed domino suo, cui serviunt inopes. W′G′

153. ABDUCTO id est Cotta. WG′

155. TESTATUR STRIDORE FORES hoc post Gallorum inruptionem factum est, qui Capitolium latenter ingressi sunt, id est ut fores ferro maiore premerentur, ne quis cum silentio Capitolium posset aperire. W′G′

157. ROMANI CENSUS P. tributum enim, qui censebantur, aerario conferebant; ubi erant et quae victae gentes populo Romano praestabant.

QUEM PUNICA BELLA Hannibalis, quem Scipio superavit.

158. QUEM DEDERAT PERSES hunc Paulus vicit.

QUEM VICTI PREDA P. rex Macedoniae.

QUEM legitur et quod. W

159. PIRRHUS rex Epirotarum fuit, ut ait de hoc Tullius 'Hannibal credo erat ad portas aut etiam de Pyrri pace agebatur'. W′G′

TREPIDANTE RELIQUIT ut tolleres.

160. QUOD TE FABRICIUS R. N. <V. A.> id est Roma.

FABRICIUS REGI NON V. A. rex Pyrrhus Fabricio aurum obtulit, ut sibi proderet Romam, de quo Virgilius 'parvoque potentem Fabricium'; sed post victus Pyrrhus omne aurum perdidit, unde Fabricium corrumpere voluit.

163. MINOIA CRETA METELLO unde Metellus Creticus appellatus est. 'Minoia' autem dixit a rege Minoe. WG′

27—28 (est).

1 Al nullam *U* ‖ 5 serviant *U* | sunt graves *G* ‖ 7 tota *G′* ‖ 8 irruptionem gallorum *U V* ‖ 10 fores *om. U* | praemunirentur *Oudendorp* ‖ 12 tribunum *U* | Post tributum *G′* ‖ 13 ibi *G′* ‖ 16 paulus consul *U* ‖ 17 macedoniae. quem superavit quintus flāmius *G′* ‖ 18 *v. 159* <Quod> legitur et quo *G′* ‖ 19 fuit . . . 20 agebatur *om. U R′ V* ‖ 19 Tullius] *Phil. I 5, 11* ‖ 23 philippus *W′G′* ‖ 24 romam sibi perderet *U* | Virgilius] *Aen. VI 843. 844* ‖ 25 philippus *W′G′* ‖ 26 perdidit aurum *U* ‖ 28 *nil nisi* a rege Minoe *exh. U*

W'G' 164. QUOD CATO hic rogatione Claudii missus est Cyprum, ut cerneret hereditatem regis Ptolomei, qui defunctus vita populum Romanum heredem fecerat. Meminit huius Salustius in principio libri primi historiae.

LONGINQUA V. S. A. C. 'longinqua Cypro' id est longe posita.

165. TUNC ORIENTIS OPES id est egeruntur e templo.

166. PRAELATA EST G. T. ante triumphum enim victores omnia praeferebant, ut fecit Pompeius, qui vicit Orientem.

171. PROXIMA VICINO V. D. G. quae iuxta Italiam Massilia Graecorum dicitur.

172. PHOCAICAS AMPHISA regionis Phocidos, quae est in Graecia. Amphisa civitas est, sic et ⟨I 64, 65⟩ 'Cirrhea velim secreta m. s.'.

173. PARNASOSQUE Parnasus, mons Arc[h]adiae, biceps est, quorum unum ⟨iugum⟩ Apollini, unum Libero consecratum est, Helicon et Cytheron. Nunc ergo iugo utroque desertus est, quia incolas suos misit ad proelia.

MISIT id est manus.

174. BOEOTII COIERE DUCES qui Boeotiam possidebant.

175. FATIDICA C. A. quia hic fluvius ex oraculo Delphico oritur id est de monte Parnaso.

CADMEAQUE DIRC[A]E Dirce fons apud Thebas, quas condidit Cadmus, ideo Cadmea. Ubique autem pro fluminibus aut montibus incolas eorum debemus accipere.

176. PISAEAEQUE MANUS urbs Elidis.

26.

1 QUOD C. hic] Cato *U* | claudia *G'* || 3 fecit *GV* | Meminit ... 4 histoirae *om. UV* || 4 Salustius] *Maur. I 10* || 5 a longe *U* || 7 eruntur templo *U* | ex *G'* || 10 qui *WG'* || 12 phocaios *U* phoculos prochaios *W* || 13 sic ... 14 s.] magna *U* || 15 *immo* Phocidis *ut Co.* || 16 unū apollini unūs *G* || 18 ad p̄lia misit *U* || 20 bootii *U* boetii *W om. G'* | cohiere *W* || 22 e *W* | parnaso monte *U* || 23 est fons *U* || 24 cathmus *G'* || 26 civitas *UV*

177. SICANIIS A. A. Alfeus de Elide usque ad Siciliam venit amore Arethusae. WG'

TUNC MENALA LIQUIT mons Arcadiae, de quo Virgilius 'Menalus argutumque nemus p. q. l. s. h.' et alibi 'tua s⟨i⟩ tibi Menala curae'. W'G'

178. TRACHINIUS O. quia videtur in Oeta monte arsisse Hercules, ideo Herculea. TRACHINIUS id est de Trachinia, ut Arcas de Arc[h]adia.

179. DRIOPESQUE R. hi accolae sunt montis Parnasi. WG'

QUERCUSQUE SILENTES quercus enim Iovi fuerant consecratae, quae dabant responsa mortalibus. Has postea Lacedemonii subruerunt; ideo ait silentes; Virgilius 'Chaoniam pingui glandem mutavit arista'. W'G'

180. VERTICE SELOE nomen est populi.

181. QUAMVIS DILECTUS ATHENA⟨S⟩ sensus hic est: quamvis .dilectus sit, ut milites eligantur, omnes tamen venerunt favore Pompei. Nam cum dilectus est, plurimi relinquuntur, quod modo mirum est in dilectu habito neminem remansisse.

182. EXIGUAE P. [PUPPES] TENENT id est quia omnes Pompeium secuntur, modo paucae naves in Phoebeis navalibus remanserunt. Sunt autem navalia loca, ubi naves stant, ut Virgilius 'diripientque rates alii navalibus? ite!' W'CG

---

16 (quamvis)—19 (remansisse).

---

1 Alfeus W] Siculis G'A | 3 de . . . 5 curae *om.* UG' Virgilius] *buc.* 8, *22. 23* || 4 alibi] *ge. I 17* || 6 Tracinus W || 7 herculea dicitur U | tracia W'P thracia G || 9 incolae G' | *nil nisi* parnasi incolae *exh.* UV || 12 Virgilius] *ge. I 8* | Virgilius . . . 13 arista *om.* U || 13 caonia W | glande W grandem G' || 14 est *om.* U || 15 d. a. G' || 16 ·delectus est· milites G | est P || 17 delectus WG' || 18 relinquantur W | delecto W delectu G' | neminem remansisse in dilecto habitu U || 20 PUPPES REDIT C | puppes *exh.* WC || 21 sequuntur G | phebeis P phebeis G plebeis W'C || 23 ut . . . ite *om.* U | Virgilius] *Aen. IV 593*

182. Phoebea t. n. p. portum Piraeum dicit, ubi Apollinis templum est; sic Terentius 'heri aliquot adulescentuli coimus in Pireum'.

183. Tresque petunt v. c. S. c. duae sunt Salaminae, una in Graecia, unde pulsus est Teucer, alia in Cypro, quam modo dicit. Horatius [ut] 'ambiguam tellure nova Salamina futuram'. Sensus ergo hic est: veniunt et de Salamina tres naves petentes, ut credatur ipsa esse vera Salamina, unde ipsae venerunt, quae Pompeio faveat.

WCG' 184. Iam dilecta legitur et tunc.

Centenis venit i. a. ut Virgilius 'Creta Iovis magni' et mox addidit 'centum urbes habitant magnas'.

W'CG' 185. Creta vetus bene 'vetus', quippe in qua nutritus est Iuppiter.

WCG' 186. Nec eois peior 'nec peior' id est talis sagittis venit in arma.

W'CG' 187. Tunc qui Dardaniam t. Oricon hanc enim civitatem condiderant Troiani.

189. Encheliae ubique accipimus 'in arma venerunt'.

Versi testantes f. C. Cadmus in hac civitate cum uxore sua Armonia versus est in dracones, unde civitas hoc nomen accepit. 'Encheloe' enim 'dracones' dicuntur a Graecis; ideo ergo dixit 'testantes'.

190. Colchis civitas est ad oram maris Pontici, unde pellem Iason tulit arietis auream.

---

1 pyrreum *U* || 2 sic . . . 3 Pireum *om. UAR'V* || 2 Ter.] *Eun. III 4, 1* | aliquo ꝯ̄d *W* aliquid *C* | a. a. c. i. p. *G* || 3 Piraeo *Terent.* || 5 epyro *U* || 6 Horatius] *c. I 7, 29* | Horatius . . . 7 futuram *om. UAR'V* || 8 ipsam *et* veram *W'C* | vere *G* || 9 salaminam *C* | faveant *G'* || 11 Virgilius] *Aen. III 104* || 12 centum] *Aen. III 106* | habitant magnas] a. m. *G om. P* || 15 nec . . . sagittis *om. G'AR'* || 17 enim *om. UAR'V* || 18 condiderunt *UR* || 19 accipiemus *U* | venerunt vel venit *U* || 22 Enchoeloe *W* Encheliae *R'* || 23 ergo *om. U* || 25 aurem Iason tulit arietis *U* | aurei *CG'*

190. Absyrtos in undas iuxta hoc oppidum fugiens Medea patrem [suum] Aeetam fratris sui Absyrti membra dispersit, unde testis est Tullius de imperio Gn. Pompei<9, 22>.

192. Thessalus id est Thessalorum.

Iolcon Iolcos civitas Thessaliae in Hemo monte.

193. Inde lacessitum id est provocatum, ut notesceret. Inde scilicet ab Iolco.

194. Miscuit navigandi usu.

196. Conposuit m. genus commisit, comparavit, ut Virgilius 'sic parvis conponere magna solebam'.

197. Accessit m. u. r. id est genus mortis, ut homines etiam naufragio perirent.

198. Populum p. m. b. f. illic enim nati dicuntur esse Centauri. 'Mentita' autem ideo dixit, quia volunt ipsos primos equis usos ad sedendum et de longinquo visos creditos esse Centauros.

199. Strymon flumen Thraciae per Bistoniam paludem fluens; Virgilius 'Strymoniaeque grues'. Has ergo hic dicit Bistonias aves.

200. Barbara Cone regio in ultimis Europae partibus et apud Sarmatas.

201. Sarmaticas ubi perdit aquas bene 'perdit', quia diffunditur per paludes; alii dicunt sorberi ibi fluvium et ire sub terras.

Sparsamque profundo perfusam id est quam adluat flumen.

17—18. 22—24.

2 suum *om. WC* | Aeetam] ẹtam *W* ·e·tam *C*etam *U* etiam *G'AR'V*   3 unde . . . Pompei] ut patre sequente m̄braq; colligente ciuit̄ medea supra dicta fugā tener& *U* || 5 emonio *C* || 6 noceret *W'C* || 8 usum *W'* || 9 commisit *om. U* | ut . . . 10 solebam] vel miscuit *U* | Virgilius] *buc. 1, 23* | solebat *P* || 12 nonfragi operire *C* | navigio G_2 || 14 ideo *om. U* || 15 usus *U* usas *C* || 18 Virgilius] *ge. I 120* | gruens *C* | iste *U* || 20 eurotẹ *W'* eurothe *C* || 22 perdat *C* || 23 sorberi . . . et ire] urbes. ubi fluvium (-us *G*) exit *G'* | ibi *AR'V*] bi *C* in *W* | ibi fluvium *om. U* || 25 id est . . . flumen *om. G'* | qua alluit *U*

202. MULTIFIDI PEUCEN oppidum Europae in fine Ponti, quod alluit unum caput Histri ex septem [capitibus]. Nam ora habet septem. Ideoque multifidi caput alluit.

WC UNUM CAPUT HISTRI id est alluit.

W'CG' 203. CAICO Mysiae fluvius est Caicus.

WCG' 204. IDALIS ET A. haec oppida in Mysia sunt.

205. QUIQUE COLUNT P. Pitane civitas Lydiae, ubi pinus plurimae nascuntur; nam Graece πίτυς pinus dicitur.

WC ET QUAE TUA M. PALLAS id est tibias.

W'CG' 206. CELAENAE civitas Lydorum, ubi victus in certamine tibiarum Marsias ab Appolline poenas dedit. [Fabula [haec] velut nota praetermittitur.]

207. MARSYA RIPIS ERRANTEM MEANDRON ADIT Meandrus fluvius in Mileto flexuosus; ideo dicit 'errantem'.

MIXTUSQUE REFERTUR et redit Meandro commixtus [id est ipse Marsias; de sanguine autem Marsiae hic fluvius factus dicitur].

209. AB AURIFERIS T. quae ferant aurum.

210. NON VILIOR HERMUS quia et ipse aureus fluit, ut Virgilius 'atque auro turbidus Hermus'.

212. OMINIBUS quia ipsi iam perdiderant civitatem ominibus, ideo sequebantur Pompeium ipsum quoque periturum.

FABEULA TRIAE nam si historiam Troianae originis respicias, Caesarem magis quam Pompeium sequi debuerant, quia ipse natus est ab Iulo, ut ait Virgilius 'Iulius a magno d. m. n. I. [u. d.]'.

---

5. 7 (civitas Lydiae).

---

2 capitibus *om.* *W'C* || 5 coγ comis γ e *C* | fluvius per misiam fluens *G'* || 7 ladię *C* laodici(a)e *G'AR'* || 8 plurimae . . . pinus *om.* *W'C* | pitus *G'AV* cepitus *R'* || 10 Lydorum *om.* *W'C* || 11 Fabula . . . 12 praetermittitur *om.* *W'C* || 12 haec] hec *U* *om. cett.* || 13 adit . . . 14 errantem] Est enim flexuosissimus fluvius in mileto *G'* | MARSYA . . . fluvius] Marsia ft & Meander *U* || 15 id est . . . 17 dicitur *om.* *WC* || 18 ferunt *UR'* || 19 ut . . . 20 Hermus *om.* *U* | Virgilius] *ge. II 137* || 21 Omnibus *WCP* || 22 omnibus *WCP* || 23 perteriturum *C* || 25 sedqui *C* || 26 ortus *G'AR'V* || 26 Virg.] *Aen. I 288* || 27 dimissum nomen Iulo *UR'* *om.* *G'*

214. DESERTUS ORONTES fluvius Syriae nunc desertus.

215. SIC FAMA NINOS civitas Syriae regionis, felix dicta, quod post victoriam de finitimis [gentibus] actam rex Indorum eam condiderit ibique victoriae titulos consecrarit.

VENTOSA DAMASCOS Damascos civitas regionis Syriae, obiecta ventis, quippe campestris est; 'ventosa' autem sic posuit ut Virgilius 'palmosa Selinus'.

216. GAZAQUE civitas Syriae, in qua Cambyses, rex Persarum, divitias condidit.

IDUME civitas Iudeae; ubi multae arbores palmarum nascuntur. 'Dives' ergo accipimus talibus pomis.

217. TYROS INSTABILIS sive propter fallaciam, ut Virgilius 'Tyriosque bilingues', sive quia terrae motu laborat.

MURICE SIDON purpurae genere nobilis.

218. NON FLEXO LIMITE PONTI ut non sit ullus circuitus.

219. DUXIT CYNOSURA C. septentriones duo sunt, Helice et Cynosura. Hoc ergo dicit: qui inde navigant, ducem habent Cynosuram, quae nullis est dux certior quam his, qui inde navigant.

220. PHOENICES id est accedunt ab eo, quod supra ⟨214⟩ 'accedunt Syriae populi'.

221. RUDIBUS VOCEM SIGNARE F. primi enim Phoenices litterarum usum invenisse dicuntur et ante quam litterae invenirentur, per imagines ferarum atque signorum verba ponebant.

9—10. 11 (civitas Iudeae). 21.

---

1 non *WC* | nunc desertus *om. U* ‖ 2 regionis *om. UAR'V* ‖ 3 gentibus *om. W'C* ‖ 4 eam indorum *U* | ubique *C* ‖ 5 consecravit *UAR'V* ‖ 6 VENTOSA . . . Syriae *om. U* ‖ 7 ventosa . . . 8 Selinus *om. U* ‖ 8 ut *om. G'* | Virgilius] *Aen. III 705* | selinis *WC* selenis *Cpr* l. *G'* ‖ 11 Iudeae] ph(o)enicis *AR'V om. UG'* | multae palmae *U* ‖ 12 ideo dives pomis videlicet *U* ‖ 13 Virgilius *Aen. I 661* ‖ 14 labora /// *C* laborant *UR'V* ‖ 15 Muri cesidon *W* Murices sidon *C* ‖ 16 illis *U* ‖ 17 duo] vero *U* | duos elice *C* | helices *U* ‖ 18 dicunt *C* ‖ 19 cynos suram *C* ‖ 20 naviga /// *G* ‖ 21 ab . . . 22 populi *om. U* ‖ 23 Hi enim litterarum usum primitus invenerunt et *U* ‖ 24 et] nam *G'*

222. MEMPHIS CONTEXERE BIBLOS N. Memphis urbs Aegypti, quae papyro libros fieri instituit. Ideo dixit 'flumineas', quod illic papyrus nascitur. 'Biblos' autem, unde et bibliothecam dicimus.

224. MAGICAS hoc est verba Phoenicum.

225. TAURIQUE NEMUS mons in Cilicia.

PERSEAQUE TARSOS Tarsos civitas, quam Perseus condidit, Iovis et Danaae filius.

WC 226. CORICIUMQUE P. Corycium antrum Ciliciae; ideo patens, unde Virgilius ait 'Coricium vidisse senem'.

W'CG' 227. MALLOS urbs Ciliciae sive regio, quae nunc Antiochia nominatur.

NAVALIBUS AEGAE Aegae civitas est, quam significat vicinam mari, cum dixit 'resonant navalibus Aegae'. haec Neptuno est consecrata, ut ait Virgilius 'et Neptuno Aegeo'.

228. IUSTA ideo iusta, quia iam non pirata.

230. QUA COLITUR GANGES fluvius ⟨Indiae⟩, qui a septentrione oritur, coli autem ideo hunc dicit, quia fecundas facit, quas alluit terras.

233. HIC UBI PELLEUS Pella civitas Macedoniae, ubi Alexander Macedo natus est, quem nunc Pelleum dicit poeta ductorem. Hic cum fontem Nili fluminis quaereret, primo usque ad Thermon Nilum venit, inde ad tenebras; voce deinde divina territus, quod nimis periculosa temptaret, discessit a coepto. Ideo dixit 'hic ubi constitit'.

---

7. 11—12. 17.

1 contexe *C* || 2 liberos *U* | Ideo . . . 4 dicimus *om. U* || 3 flumin(e)a *WC* | papirum *C* | 4 et unde et *C* || 5 phoenium *C* || 6 cilia *C* sicilia *UG'* || 8 dane *C* dianę *W* dian(a)e *UG'AR'V* || 10 Virgilius] *ge. IV 127* | semen *C* || 11 siciliae *UG* | sive regio *om. U* | quae non canthiotica *C* || 12 dicitur *UV* || 13 Aegae civitas . . . 14 Aegae *om. C* || 14 cum . . . Aegae *om. U* | haecne . p̄tuno *C* || 15 ait *om. U* | et *om. U* || 16 Iuxta *C* | pyracia *C* || 18 coli . . . quia] ideo *U* | dixit *G'* || 19 terras · ideo colitur dixit *U* || 21 est *exh. U* || 22 fluminis nili *U* || 25 accępto *P*

Ubi autem Pella sit, Virgilius ostendit 'nam qua Pellei gens fortunata Canopi accolit effuso stagnantem flumine Nilum'.

236. VASTIS INDUS AQUIS fluvius Indorum. WCG'

HYDASPEN Medorum fluvium.

237. AB HARUNDINE SUCOS Agroetes significantur Indiae ulterioris populi, qui cannarum viridium caudicibus tunsis sive tritis dicuntur exprimere [id est] sucos. De his ait Varro W'CG'

'Indica non magna minor ⟨arbore⟩ crescit harundo

* * * * * * * * * * * * * * * * *

dulcia cui nequeant suco contendere mella'.

239. ADSTRINGUNT C. G. Agroetes significantur, quos dicunt pro purpura clavos habere de discoloribus gemmis.

240. QUIQUE SUAS STRUXERE PYRAS Bragmannos dicit, Indiae populos barbaros, qui sponte se cremant igni, cum his visum fuerit, quod diu vixerint.

VIVIQUE CALENTES ταπείνωσις [est], debuit enim dicere 'ardentes' sive 'flammatos'.

244. CAPPADOCES Cappadociae populos dicit.

AMANNUS autem mons est ipsorum, quem ideo dixit non coli, sive quia durus est, sive quia isti semper hostibus occupati sunt, ut ait Tullius ad Atticum in epistola quarta 'inde mons Amannus, qui plenus est hostium sempiternorum' et accipiemus hic duri non 'sterilis', sed 'qui semper resistant inimicis'.

---

9 (Varro . . . harundo).

1 Ubi . . . 3 Nilum *om. U* ‖ 2 accolit . . . 3 Nilum] a. e. s. f. n. *G'* | flu | ne *C* ‖ 4 fluvius indorum (me *supra* in) *G* ‖ 5 ł medorum *U* ‖ 6 agroeti *G'* | dicit qui sunt Indiae *U* 7 ulteriores *W'C* | tonsis *W* tonsos *U* ‖ 8 sucum *W* sacum *C* | De . . . 10 mella *om. U* ‖ 8 *Varro Atac. cosmogr. fr. 15 sq. p. 32 Wülln.* | crescat *C om. G'* ‖ 11 Astringunt *G'* | agroetae *CG'* | dicit *U* ‖ 13 bragmanos *G* bragmminas *C* ‖ 16 Vinique *C* | Tapinosis *UPDV* Tabinosis *G* tatimocidi *C* est *exh. G'* ‖ 21 ut . . . 24 inimicis] et semper resistunt inimicis *U* ‖ 22 quarta] *immo* V *20, 3:* inde ad Amanum contendi . . qui mons erat hostium plenus sempiternorum *Cic.* ‖ 23 et acc.] Quod autem ait *G'AR'* 24 resis*t*unt *P*

245. TENENS V. SAXA N. 'tenens' possidens.

WCG' NIPHATEN Armeniae fluvium.

W'CG' 246. COATRAE Indiae ulterioris populi, de quibus ait Virgilius 'aut quos Oceano propior gerit Ind. l. e. s. o. u. a. v. s. a. h. u. i. p. s.'

248. UMBRAS MIRATI NEMORUM N. I. S. Aethiopas dicit, qui inferioribus signis iuxta Oceanum et zodiacum circulum sunt; hi umbras pro qualitate terrae in sinistram partem mittunt, nos in dexteram. Hoc ergo mirati sunt in nostris terris non ire sinistras umbras, ut in suis eant.

249. ORESTAS gentes in ultima barbaria.

250. CARMANOS gentes supra mare rubrum Persidi ad promunturium usque proiectae a Carmano rege, terrae filio, nominatae.

252. LUCET ET EXIGUA V. N. B. cito enim dies ibi redditur, cum inter orientem et occidentem non multum interest spatium.

253. AETHIOPUMQUE SOLUM subauditur 'Romanus commovit furor'.

QUOD NON PREMERETUR AB ULLA negat Aethiopas sub zodiaco circulo futuros, nisi signum Tauri processu unius pedis usque in eorum provinciam tenderetur; omnes enim sub signis XII sumus.

W'C 257. EUFRATES duo Persidos flumina, Eufrates et Tigris, inter quos posita Mesopotamia terra nominatur.

15—17. 18—19.

2 fluvius *G'* ‖ 3 ulteriores indiae *U* | ulteriores *C* | de... 5 p. s. *om. U* ‖ 4 Virgilius] *ge. II 122. 123. 124* | proprius *W* | l. . . . 5 p. s. *om. G'* ‖ 7 zoziacum *WC* ‖ 9 dexterant *C* ‖ 10 umbras *exh. G'* | in *om. W* | suis in regionibus (*om.* eant) *U* | ut . . . eant] ut insuescunt *G* | eunt *P* ‖ 11 bauuaria *U* ‖ 12 super *W'* | Persidi ad *Wessner* ad persidu *WC* ad persidum *UG'AR'* ‖ 13 promunctorium *W'G'* ‖ 15 Luce exigua *C* ‖ 17 spacium interest *U* ‖ 18 solam *C* ‖ 20 sub... 22 provinciam *om. C* ‖ 21 futuros esse *UAR'V* ‖ 22 tenderetur provintiam *G'* | intenderetur *C* ‖ 23 signis XII sumus] zodiaco sunt nec aliud habitatur (*om. G*) in terris nisi sub zodiaco *G'AR'V* ‖ 24 duo Persidos flumina *om. U*

257. Diversis fontibus edit ambo flumina unum habent ortum, quae dividit terra et nomina dat duobus. Quod si non Mesopotamia separaret, esset incertum, utrum Eufrates diceretur an Tigris. W'CG'

260. Phariae unde id est Nili, ab Aegypti civitate.

Vice fungitur undae fertilis qui ita ut Nilus inrigat terras et fertiles facit. Ideo autem dicitur 'vice fungitur'.

261. At Tigrim s. t. a. h. de hoc ait in primo libro Nero

'quique pererratam subductus Persida Tigris
deserit et longo terrarum tractus hiatu
reddit quaesitas iam non quaerentibus undas'.

264. Diversaque signa id est Pompei.

266. Contenti fecisse duos scilicet e tribus; iam enim occiderunt Crassum.

Tinxere sagittas id est veneno.

267. Errantes S. p. sedes enim non habent certas et proprias, sed errant semper in Ponto.

Quos gurgite Bactros Scithiae fluvius per Bactra, civitatem Parthiae, frigidissimus transit.

268. Hyrcania regio silvestris in Scythia, unde ait Virgilius 'Hircanaeque admorunt ubera tigres'.

Silvis id est includit. WCG'

270. Eniochi gens Asiae superioris in ore Ponti, qui ideo Eniochi dicti sunt, quod ad regendos equos sint doctissimi. W,'CG'

---

13 (e tribus).

---

2 quos *W'C* | Quae *G'* || 3 mesopotamiam *W'CG* || 4 an] aut *U* || 5 *nil nisi* aegypti nili *exh. U* || 6 fertilis . . . 7 facit] quia sicut nilus fertilem reddit aegyptum · ita et iste inrigat terras et fertiles facit *UAR'V* 7 faciat *WCP* || 8 Ad *C* H.] l. *WC om. cett.* || 9 subductis *G'* || 10 longe *G* | terram *G'* || 13 Contente *C* | duo *W* | e] he *P om. C* | enim *om. W'* || 14 occiderant *GAD* Crassum] unum · i · crassum *U* || 16 certas erant enim semper *U* || 17 sed *G'AR'V* et *WC* | erant *C* || 18 bactram *CG'AR'V* || 20 unde . . . 21 tigres *om. UAR'V* | 21 Virgilius] *Aen. IV 367* || 22 indudit *C* || 24 sint *UCG'*] sunt *W* || 25 doctissimi sint *U*

270. Sarmata ubique accipimus ‘tinxere sagittas’ [id est rapuerunt].

Moschis et hae vicinae sunt regiones in Europae parte prope Germanos.

WCG′ 271. Rura secat id est radit et transit aut dividit, ut Virgilius ‘ego sum, pleno quem gurgite cernis stringentem ripas e. p. c. secantem’.

W′CG′ Ditissima rura ‘ditissima rura’ Colchorum, sive propter felicitatem accipimus, sive propter pellem arietis inauratam, quae apud Colchos inventa a Phrixo in templo Martis est consecrata.

Phasis fluvius est Colchorum; meminit eius Virgilius ‘Phasimque Lycumque’.

272. Qua Croeso fatalis Halys Halys fluvius Asiae interioris [,qui] Croesi regnum et Cyri medius terminabat. Erat autem Cyrus rex Persarum, Croesus Lydorum. Cum inter hos certamen de imperio ageretur, Croesus consuluit Apollinem, cui hoc responsum est

‘Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει’

et Sallustius hoc tetigit in historiae libro III ‘per hos <Halys> fluit, qui quondam Lydiae regna disiunxit a Persicis’.

WCG′ 273. Tanais fluvius est Scithiae, qui Asiam Europamque disterminat.

Diversa nomina mundi haec enim ripa Asiae est, illa Europae.

15—19.

1 id . . . 2 rapuerunt *om.* *G′R′V* | est turma rap. *C* || 3 Moscis *WC* || 5 *nil nisi* i. rad& *U* | radit. et transit. adit *G* radit et transsit *P* || 6 ut . . . 7 secantem *om.* *UG′* || 6 Virgilius] *Aen. VIII 62. 63* | flumine *Verg.* || 8 Colchorum *om.* *U* || 9 felicitatem . . . propter *om.* *CG′* || 12 cuius meminit *G′* | meminite · euirḡ *C* | Virg.] *ge. IV 367* || 15 qui *om.* *CG′AR′V* | medium *G′* || 16 personarum *U* || 17 de *om.* *W* || 18 hoc . . . 21 Persicis] ab eo adversa responsa prolata sunt *UG′AR′V* 19 . K. P. ωωcaλ YNDA BACMETAΛNNAP XHNKXYCEI *W* K POICOCA · aẏ HƏABACMETAAN HAP · X · H · KATXẏCEI *C* || 20 Sallustius] *Maur. III 72* || 21 Halys *add. Usener* || 22 daciae *W* uie *C* || 23 disterminatur *W* || 24 ripia *C* rapia *W*

276. QUA FLECTITUR A. O. ampliorem facit; notandum, W'CG'
nam ampliare 'differre' significat.

AMPLIAT ORBEM id est partem orbis vel Asiam vel Europam facit maiorem, alteram, cum in alteram flectit.

278. ET HERCULEIS A. G. M. huc usque enim Hercules venit ibique portum Herculis Monoeci condidit.

279. GADES nomen est insularum. WCD

281. SUBSTRINGENS A. C. gens in Ponto, quae deauratis W'CG'
bratteolis ornamenti vice comas ambit.

HINC FORTIS ARIUS Hispaniae populus.

282. SARMATICI SOLVENS IEIUNIA B. ⟨M. Q. F. E. V. G.⟩ gentes sunt in ultima Germania Massagetes et Gelonus, ut ait Virgilius 'acerque Gelonus, cum fugit in Rhodopen atque in d. G. et lac c. ⟨c.⟩ s. p. e.' hinc est 'ieiunia' hic dictum.

283. QUO FUGIT EQUO in quem locum equo fugit.

VOLUCRESQUE G. id est quo fugerunt, homines tinxere WCG'
sagittas.

284. NON CUM MEMNONIIS comparatio a minori fit. W'CG'
Dicit autem: non tot cum illo fuerunt, quot nunc sunt cum Pompeio. MEMNONIIS a Memnone, Aurorae filio, id est orientalibus.

285. CYRUS Cyrum cum magnus sequeretur exercitus, ut numerum omnium sciret, iussit macerias fieri, id est loca, quae certum numerum militum ferrent. In haec mittebantur, quanti introire potuissent; sic ex maceriarum

---

1 (notandum)—2.

---

1 Quas *C* | a. o. *om. C* | Noitandum *G* || 2 nam] non *P om. G* | non differre *G* || 4 alterum cum *C* Alteram facit cum *U* | alteram *om. G'* | in al | rā *W* | flectat *Wpr* || 5 enim *om. U* || 6 menoeti *G* menoci *WC* menoti *U* || 7 Gaudes *C* || 9 bateglis *C* balt(h)eolis *G'A* baltheis *R'V* | ornamenti vice *om. U* || 11 B.] bis *C* || 12 K Musagentes *C* K. Massagetes musa gentes sunt *W* | Massagetes . . . 14 et] Ieiunia ut uir. et *U* || 13 Virgilius] *ge. III 461. 462* | acris *P* || 13 gelonis *G'* | cum . . . 15 dictum *om. G'* | hinc . . . dictum *om. U* | hinc] hoc *C* || 16 Quos *C* | equo fugit *om. U* || 21 mennoneis *G'* | mennone *G* mennonę *P* | 23 cyrem *C* || 26 si *C* | mercenarii *C*

numero ad stipendium dandum et quantitatem militum colligebat.

285. Et effusis n. m. t. consuetudinem dicit Persarum hanc fuisse, ut procedentes ad bellum singulas sagittas extra urbem loco certo dirigerent omnes, post finitum proelium redirent et singuli singulas tollerent, ut ex his, quae remansissent, occisorum numerus inveniretur.

WCG 286. Descendit P. id est non sic descendit.

W'CG' Fraternique u. a. Agamemnonem dicit, qui mille naves duxit ad Troiam propter Helenam, Menelai fratris sui uxorem.

WCG' 287. Aequora ordo: non cum tantis classibus percussit aequora.

W'CG Unum id est Pompeium.

W'CG' 292. Exequias non auxilia.

Non corniger H. Iuppiter, qui apud Libyam cum arietinis cornibus colitur, de quo Virgilius 'hic Ammone satus'.

WCG' 293. Marmaricas Marmarica gens in ultimis Africae finibus constituta.

294. Ab occiduis in occidente positis.

295. Usque subauditur 'non cessavit mittere catervas in arma'.

W'CG' Paraetonias ab oppido, quod iuxta Syrtes est, quae sunt prope Catabathmon, qui locus Africam dividit ab Aegypto.

297. Pharsalia campi Macedoniae.

Praestitit cum Pompeio mittit auxilia.

3—7 *cf. Usener p. 107, 9—10 adn.* 12. 21—22. 24.

2 colligebant *C* || 3 т] c. *C* | hanc dicit fuisse persarum *GR'* dicit hanc fuisse persarum *CPAV* || 5 digerent *C* || 6 et *om. CAR'V* | qui *W'* || 9 Agamennonem *PR'* agamen nonem *C* Agamenonem *G* || 10 adduxit *U* || 12 contantis *C* | classibus *R om. cett.* || 16 Id est iupiт̄ ammonē dic̄ qui *U* || 16 lybiam *W* | cum arietinis corn. *om. W'C* || 17 Virgilius] *Aen. IV 198* || 21 catervas *om. G* || 24 pro peccata bath mon *P* pro | pecata bathi montis *W* propeccata bathi montes *C* prope catabaht montem *U* prope cubathmon (cute batmon *A*) montem *AR'* || 27 dum cum *UAR'*

298. Ille ubi d. t.* moenia Romae id est Caesar.

299. Superevolat A. data celeritate, ut Virgilius 'illa vel intactae segetis per summa volaret gramina'. WCG'

301. Phocais civitas Graeciae, unde profugi Graeci alii delati sunt in Italiam, alii in Massiliam civitatem, in qua haec iuventus est, de qua loquitur.

In dubiis in his, quae erant dubia, ut Virgilius 'in dubiis responsa petunt'. WC

302. Non Graia l. f. ut Cicero ait 'aut levium Graecorum aut inmanium barbarorum'. WCG'

Signataque iura id est leges. WCG

303. Causas non fata non qui vinceret, sed qui iustius dimicaret. W'C

Non fata s. id est 'ausa est' subaudimus. WC

304. Indomitum d. v. id est Caesaris. W'CG'

306. Cecropiae fronde id est olivae ramo.

Cecropiae Atheniensis, quas condidit Cecrops. Cecropiae autem ideo, quia hanc sibi Minerva exceperat civitatem, ut ait Virgilius 'Pallas quas condidit arces i. c.'.

307. Semper in externis posita in principiis praeteritae vitae purgatio. Bene autem addidit 'in externis', ut civilibus auxilium ferre non debeant.

9—10. 11.

2 celeritas *WC* | Virg] *Aen. VII 808. 809* || 4 gratia liide lati *C* || 5 at ad missilian *U* || 6 de qua nunc *UR'V* de qua haec *G* || 7 In dubiis *(G')* Quia incertum erat (est *R'V*), utrum Caesari an Pompeio victoria eveniret (evenisset *G*) *UG'ARV* | erant in dubia *W* | Virgilius] *Aen. VII 86* || 9 Non graia levitate dicit *(G'AR'V)* quia Graeci (grai *G*) facile mutantur; ergo isti contra morem suae gentis fecerunt fortiter in fide stantes *UG'AR'V* (in fide stantes *om. G'*) | Cicero] *pro Ligar. 4, 11* 11 legis *G* || 14 fatas *C* fata; f, *W* || 16 *nil nisi* olive *U* || 18 ideo cecropiae quia *UV* | defenderat *AR'V* | civitatem defenderat *U* || 19 ut . . . c. *om. UR'V* | Virgilius] *buc. 2, 61. 62* | i. c. *om. CG'* || 20 pt̄ę *U* | 21 expurgatio *U* || 21 ut . . . *pag.* 104, 1 externis *om. G' per homoeotel.*

307. IN EXTERNIS ordo hic est: semper in externis bellis vestro populo fata communia tulisse Massiliam testatur aetas, quae conprehensa est annalibus.

309. LATIIS [autem] Romanis. ANNALES autem libri sunt, qui actus continent singulorum annorum, ut Virgilius 'et vacet annales nostrorum audire laborum'.

315. SACRA MANU id est nostra, quae vobis est copulata.

WCG' 316. TERRIGENAE hic terrigena huius terrigenae facit, ut Virgilius 'Troiugena, interpres divum'.

W'CG' 321. ADDE QUOD INNUMERAE primo dixit, quod non habeant dimicare, modo dicit, quod etiam si dimicent, nihil prosint.

323. UT GLADIIS EGEANT id est nec tam innocentes sunt homines, ut civilibus bellis desint, qui cupiant dimicare. COACTIS collectis sive ut cogi debeant, qui sponte non dimicant de his, qui ad bellum civile venerunt.

328. COMMITTITIS ULLIS id est si eos vultis dimicare tantum, quibus non licet, id est nobis.

329. SUMMA PRECANDI hoc solum scilicet postulamus.

WCG' 332. EXCLUDIQUE id est nobis.

W'CG' 333. SIT LOCUS E. S. in quo scelus non sit admissum.

336. MARTIS HIBERI Hispania enim ipsis temporibus arma commoverat.

1 saladā. salada *W* | licorum *WG'AV* lidorum *R'* || 2 'fidum per arma' *exh. W'* | id est] quia *U* || 4 Rascipolin *G'* Thraras cipolin *W* *om. U* | et hic *om. U* | bene *om. G'* || 5 gallidam *W* cilidam *U* || 6 I.] r. *G'* | ipse *om. U* || 9 phtholomee *G ut plerumque* || 13 accipit *U* | sic . . . 14 c. *om. U* || 13 uergit *W*] *ge. IV 287. 288* || 14 pellet *et* fortuna *P* | a. c. *om. G'* || 17 iugulis *W om. cett.* | enim *om. UG* || 18 eripuit *om. U* | id . . . 19 imperio *om. G'* || 20 Et *(om. G)* nefas s · *G'* | socero . . . eripuit *om. UG'* || 22 ut . . . 23 ἀγορήν *om. UG'AR'* || 22 Homerus] *Il. A 305* | aγſδλeaſuN̈ *W*

W'G' 69. MULTOSQUE OBD. P. A. diu enim oracula iam non reddebantur.

71. HESPERIO TANTUM hic enim mons in medio orbe est constitutus.

W 72. AERA et aethera.

WAR' 73. CUI NUMINE M. 'cui' id est monti. NUMINE Apollinis et Liberi.

WG' 74. DELFICA THEBANAE Delfica Apollinis sacra sunt.

TRIETERICA B. Liberi, ut ait Vergilius 'trieterica Baccho orgia'.

W'G' 75. HOC SOLUM FLUCTU cum diluvium fuit.

WP 76. EMICUIT legitur et eminuit.

W'G' PONTOQUE FUIT hic enim medius fuit aquae et caelo; nam et ista inter se mixta essent. DISCRIMEN 'separatio.

78. UNOQUE IUGO PARNASSE LATEBAS dixit enim ⟨72⟩ 'gemino petit aethera colle'.

79. ULTOR Apollinem dicit vindicem matris.

WP IBI et ubi.

W'G' 80. MATRIS id est Latonae.

PAEAN Apollo.

81. EXPLICUIT extendit.

CUM REGNA THEMIS dea est, quae tunc nondum nato Apolline dabat futura responsa mortalibus.

85. INCUBUITQUE A. V. ipse enim loquitur, non sacerdos.

86. QUIS LATET HIC SUPERUM ἐκφώνησις poetae admirantis hanc sedem.

WG' 87. INCLUSUM HABITARE C. illam rem habitare, ut Vergilius 'atque humiles habitare casas'.

15—16. 17. 27—28.

---

1 diu enim] Delfinia *G'* | iam] nam *G'* ‖ 6 'cui' *exh. W* ‖ 9 Triaterica *W'G* | Vergilius] *Aen. IV 302. 303* | triaterica *G'* : Baccho orgia] bachia *G'* ‖ 12 et emicuit *W* ‖ 14 et *om. UR'* ‖ 15 enim *om. G'* ‖ 17 iudicem *U* ‖ 18 vel *P* ‖ 22 Nomen deae quae *UVE* ‖ 24 aut ipse *G* ‖ 25 ΕΚΦΩΝΗϹΙϹ *W* ΕΚΦΟΝΙϹΙϹ *U* Verba *G'AR'V* ‖ 26 hanc *om. U* ‖ 27 habitare dicimus *G'* ‖ 28 Vergilius] *buc. 2, 29*

89. Aeterni secreta t. ipse scilicet deus. W'G'

91. Contactumque qui non indignetur in aures hominis introire vel pectus, cum vatem numen inpleverit.

92. Sive canit fatum ut apud Vergilium 'dine hunc W
ardorem mentibus addunt, Euriale, an sua cuique deus fit dira cupido?'

93. Inserta providentiam divinam dicit, quam ad- W'G'
signat Iovi.

96. Aetherio trahitur id est de caelo, cum conexa sit Iovi, scilicet et ipsa pars Iovis.

99. Solvit ut Vergilius 'et fatis ora resolvit'. WG'

100. Undat apex undare facit. W'G'

101. Conditus Inarimes τῆς Ἰναρίμης, sic Vergilius 'Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo'.

104. Mala vota susurro illic tantum futura audias, W'AR'
non alicui preceris adversa.

107. Saepe dedit sedem ut Cadmus accepit iussus W'G'
bovem sequi et ubi consedisset, ibi conderet civitatem.

108. Ut Tyriis dedit ille m. i. b. ipsos Salaminienses dicit, quibus Tyrus iuncta est, iussos esse minas belli impellere, quod factum meminit mare Salaminiacum.

109. Ut Salaminiacum meminit mare hic enim Themistocli, Atheniensium duci, respondit, ut navali bello potius dimicaret victoriam ibidem recepturus; ait autem sic muros ligneos necessarios, id est naves; tunc apud Salamina pugnavit.

---

11. 13. 15—16.

1 ipse *om.* *U* || 2 indignatur *UV* dedignatur *R'* | in *pon.* *W' ante* pectus || 3 numen *om.* *G'* || 4 Vergilium] *Aen. IX 184. 185* || 7 Insertam *W'* | providentia *G'* | dicit divinam *U* | ad signanti *W* || 8 tovi *U* || 9 cum coxea sit *W* cum vox asit *U* cum sit *G'* || 11 Vergilius] *ge. IV 452* | sic *Verg.* : ore *W* || 13 NO | INA|)ɔ—ceo *W* NOINAPMEO *U* NON ARMEO *G* NONACɔ—ceo *P* | Vergilius] *Aen. IX 716* || 14 Inarimo *G* | tipheo mala vota susurram *G* typhoeo malauctasusurram *P* || 15 audies *R'* || 16 preceris] si preceris *R'* perceptori *W'* || 17 cadmus *AR'* cathmus *W'G'* || 19 At *W* tirus *G* || 20 tyro *W'P* bellum pellere *W'* || 25 moros *W'*

110. TELLURIS STERILIS nam in fame remedium concessit oraculo.

111. AERA TABIFICUM id est luem.

WG'E 112. DEUM pro deorum.

W'G' 113. POSTQUAM REGES TIMUERE F. hic Nero tangitur, qui cum consuluisset oraculum, respondit huic numen 'parricidis non respondeo'. Nero enim matrem suam occiderat; hoc confusus dicto oraculum consuli vetuit, ne quis imperatorum inquireret fatum et his insidiaretur.

WG' 115. TEMPLIQUE FRUUNTUR id est nec fruuntur.

W'G' 117. MORS IMMATURA sensus hic est: ex quo non consuluntur Delphica oracula, si aliquis deum coeperit pati, aut moritur ut poenam det numinis recepti, aut pro pretio moritur, ut, quia sentire deum meruit, hoc morte emerit. Alii sic intellegunt, quod si quid vates adversi denuntiaverint, occidantur. Ergo haec ipsa mors aut poenam dat aut pretium divinitatis, quod solus futura cognovit et idcirco moriatur, divinam invicem scientiam consecutus, sed mihi videtur pretium pro poena positum, ut Terentius 'pretium ob stultitiam fero'.

MORS INMATURA R. ordo: mors inmatura numinis recepti aut poena est aut pretium.

A P. M. I. A. pretium: interdum enim sic implentur, ut etiam exanimentur, nam hoc exposuit 'quippe stimulo

---

5—9. 11—19 (positum). 21—22

---

1 nam] non *G'* || 3 lucem *UG* || 6 huic *Usener*] hoc *W'G' om. AR'* || 8 consulu *W* consului *G'* || 9 imperator *U* | factum *G'* | et hinc insidiaretur sibi *G'* || 10 ne *W* | fruuntur *om. G'* || 11 sensus hic est *om. G* | consulantur *U* || 12 coeperat *U* | coeperit pati] se aperit vati *Usener* || 13 ut *et* det *Usener*] aut *et* dat *codd.* | propitio *U* || 14 quia] que *U* | deum sentire *P* || 15 adversi vates *G'* || 19 pro .. 20 fero] pro osī *(om. U)* stultitia fero *W'* || 19 Terentius] *Andr. III 5, 4* || 20 pretium postulat iam fero *G'* || 21 recepti numinis *U* || 24 A. *post* I. *om. W'* || 24 examinentur *UAR*

fluctuque furoris compages humana labat'; poena autem est, si sic impletus deo moritur, ut nemo adsequi <possit, ut> futura cognoscat; pretium, si moriturus dat tamen praesentibus fida responsa.

119. CONPAGES HUMANA LABAT sunt enim vates, qui accepto numine cadunt. WG'

118. FLUCTUQUE FURORIS mantice in duo[bus] divisa est: in artem et furorem. W'

120. CONCUTIUNT FRAGILES dicit causam, unde moriantur. W'G'

124. ANTISTES antistes dicitur, quod ante numen stet.

125. CASTALIOS CIRCUM LATICES fontem illum dicit, de quo divinus spiritus concipiebatur, ut Vergilius 'qua nulla priorum Castaliam molli divertitur orbita clivo'.

128. METUENS post multos enim annos oracula ista repetuntur, et ideo metuit, ne et ipsa moriatur, ut ait supra <117. 118> 'numinis aut poena est mors inmatura recepti aut pretium'.

PHOEBAS a deo nomen accepit.

129. NOSCENDI ARDORE FUTURA id est ne ardeat ad futura noscenda.

130. CASSA FRAUDE P. nec enim Appius hac voce terretur.

133. DESTITUIT FAUCES quattuor causas posuit, quibus Apollo tacere videatur: quod aut casu factum est, ut terris infusum numen abscederet; aut templi incendio clausa caverna sit, qua loquebatur oraculum (nam hoc Brennus incendit); vel quod possunt sufficere Romanis ad scientiam futurorum, quae Sibylla praedixit; vel quod nunc tam scelerati sunt homines, ut nihil a diis mereantur audire.

---

1 fluctusque *G'* | compages . . 4 responsa *om. G'* || 2 assequi possit futura *om.* cognoscat *AR'* || 7 mandice *W* | duo *Oud.* | est id est in *U* || 9 moriuntur *UG'* || 10 nomen *U* || 12 concutiebatur *G'* | ut . . . 13 clivo *om. U* || 12 Virgilius] *ge. II 292. 293* | quia *W* || 17 aut pretium *om. G'* || 18 nom̄ ad eo *U* || 21 Appius *G'AR'* amplius *W'* || 22 quibus *om. U* || 23 casu *aRV* causa *W'* hac causa *G'* || 25 clausa caverna sit *Oud.* clausas cavernas *codd.* || 26 potest *WG'* post *U* | romanus *U* || 28 ut nil aliis *U*

133. Fauces scilicet templi.

WG' 134. Seu barbarica id est Brenni. Est autem ordo: seu cum arsit Python lampade barbarica.

W'G' 136. Et Phoebi tenuere v. qua egrediebatur oraculum.

137. Fatique sat est id est sufficit esse commissa.

W 138. Carmine longaevo et carmina longaevae.

W'G' 139. Solitus templis a. n. dixerat enim Neroni 'ego parricidis non respondeo'.

W'AR' 140. Nostro nullus enim nostrum innocens est.

WG' 138. Carmina longeve Sibyllinos libros dicit.

W'G' 142. Metus ipse fidem sensus hic est: quoniam trepida et pavens hoc dicebat, prodidit se esse mentitam. Nam figmento suo fidem faceret, si hoc secura dixisset. Fecit ergo fidem esse illic numina, quae haec negabat, loquentis virginis timor.

W Priores legitur et vagantes.

W'G' 144. Candida Phocaic[h]a Graeca, ubi hoc agitur.

W 147. Fatidicum id est adire.

W'G' 151. Haud aeque l. d. id est non tantum laedebat Appium, cui falsa dicebat, quantum Appollinem, cuius se numen habere simulabat.

W' 154. Sufficiens ut Vergilius 'ostia centum, unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae'.

WG' 155. Excussae l. supra enim dixerat ⟨143. 144⟩ 'crinesque in terga solutos candida Phocaica complectitur infula lauro'.

W Templi ut ait Vergilius 'tremere omnia visa repente liminaque laurusque dei'.

---

4 gradiebatur *G'* || 6 ⟨Carmina longevae vobis⟩ At Carmine longevo vobis *R* | longevae *W* || 7 enim *om. UAR'* || 9 inocens nostrum *W* || 11 sensus . . . 13 fidem *om. U lemma exh.* 12 se *om. G'* | menticum *W* || 14 hoc *U* || 17 ubi hoc agitur *om. G'* || 18 lauri fatidicum *W* | quod adiretur *G'* || 22 Vergilius] *Aen. VI 43. 44* || 23 voces *om. U* || 25 in . . . 26 lauro *exh. G'* || 27 Vergilius] *Aen. III 90. 91*

156. VERITAM SE C. P. id est haec omnes res, quae non fiebant, prodiderant virginem, quod verita esset se Apollini committere. W'G'

161. DESINIS IPSA LOQUI id est nisi desinis. Bene 'ipsa loqui'; numen enim loquens vult audire, non virginem.

TANDEM C. V. tamquam coeperit Appium plus timere quam Apollinem.

162. ABDUCTA CAVERNIS id est a divino spiritu rapta. WG'

164. QUOD NON id est numen. WEAR'

EXHAUSTAE vacuatae, responsis frequentibus scilicet. W'G'

165. SPIRITUS I. V. diu enim oraculum hoc tacuit, et nunc totius silentium futuri iuge in huius virginis pectus intraverat.

172. ANCIPITI incerta, instabili. W'EAR'

SPARGITQUE VAGANTI ut, dum discurrit, deiceret tripodas, quae vaganti virgini videbantur obstare. W'G'

174. IRATUM TE PHOEBE FERENS supra enim ⟨150⟩ plenam se Phoebo simulabat.

SOLUM et solo. W

175. UTERIS o Phoebe. W'G'E

177. QUANTUM SCIRE L. plus enim novit quam Appius expetit, ut loquatur. W'G'

178. CONGERIEM id est in unum locum coeuntem [colligitur]. WG'

TOT SAECULA PECTUS quibus oracula Nerone iubente tacuerunt. W'G

179. SERIES tractus.

180. NITITUR IN LUCEM id est ut canatur futurum quicquid. Omnia haec vates poterat respondere, cum fureret; non deerat ergo scientiae eius.

---

1 hae *G'* ‖ 2 esset] eorum *U* ‖ 4 id . . . desinis *exh.* *W* ‖ 5 loquens *post* audire *pon.* *G* | audere *W* ‖ 10 scilicet frequentibus *UAR'* ‖ 11 diue *W* ‖ 14 incerta *om.* *EAR'* ‖ 19 . . 21 L. *add.* W_2 *in marg.* | ⟨solo⟩ solummodo *D* ‖ 23 locum coeū colligitur *W* | locum coeuntem *G'* ‖ 28 id est hoc conatur, ut omne futurum publicetur a vate · omnia *G'* ‖ 30 non . . . eius *om.* *G'*

WEAR' 183. Talis in E. v. C. r. comparatio.

W'G', 185. Strage id est multitudine vel confusione.

186. Romana id est fata.

Manu sensus hic est: sic Sibylla, cum aegre ferret se furere, ut omnibus futura praediceret, de tot fatorum diversitate et multitudine superba manu excerpsit fata Romana, id est libros Sibyllinos scripsit ad solos Romanos pertinentes.

187. Dum te consultor operti id est dum tua fata disquirit, id est 'dum te vix invenit, Appi', qui consulis deum opertum tellure Castalia.

189. Magna sive omnium sive Romana.

190. Spumea tunc primum cum vere deum pati coepit.

WG' 192. Vastis resonis.

W'G' 193. Domita ut Vergilius de Sibylla 'tanto magis ille fatigat os rabidum fera corda domans'.

195. Solusque quietem obscure mortem ei denuntiat, nam in Euboea iste periturus est, id est in civitate Calcide, quae est iuxta Carystum.

WG' 198. Custodes tripodes fatorum ἀποστροφή.

200. A superis celate d. tu celate, id est quem nullum diem di celaverint de futuris.

W'G' 204. Decrevere nefas an adhuc non di constituerunt, ut talia Roma patiatur, et ideo ista non nosti.

Dubitantibus astris secundum mathematicos, qui volunt fata hominum in sideribus constituta [esse].

205. Tot fata tenentur id est incerta sunt atque suspensa.

25—26.

2 confusione multitudine *U* | vel confusione *om. G'* || 4 cumana *G* | si *U* || 13 Spumea · tunc cum primum vere *G'* | dum vere *U* | parti *P* || 15 Vergilius] *Aen. VI 79. 80* | de Sib. *om. U* | tanto . . . ille *om. G* | illa *P* || 16 rapidum *W* || 19 curictum *GAR'* curietum *P* Euripum *Weber* || 20 αττοςτ | ροφ₦ *W* apostrofa asuperis *P* apostrofa ad superos G_2 || 21 tu celate *om. G'* || 22 dii celaverunt *G'AR'* || 23 dii non *UV* || 24 ut alia *UG'* || 25 voluit *U* || 26 esse *exh. G'AR'V* || 27 atque suspensa *om. G'*

206. AN GLADII FACINUS ordo: an ut peragat fortuna, taces? W'A a

VINDICIS AN G. F. Caesar positus in senatu auctore Bruto et Cassio occisus est a patribus; hunc gladium dicit vindicem, Pompei scilicet mortis. W'G

[Et] FURORUM et furoris. W

207. REGNAQUE AD ULTORES I. R. B. cuius Tullius in Philippicis ⟨I 6, 13⟩ meminit. Brutus Tarquinium expulit et post quingentos annos fere hic Brutus de illius Bruti stirpe ortus est, qui Caesarem peremit. Ideo dictum 'ad ultores iterum'. W'G

210. NEC CUNCTA LOCUTA scilicet quae sciebat.

211. ILLE FEROCES id est deus. WG'

213. LUMINA id est torquet.

NUNC [NON] TORVA MINACI id est vultu nunc pavido, nunc minaci. W'

216. TERRIBILIS SED P. id est qui terreat. Pallor enim duobus modis fit, timore et furore. WG'

QUIESCUNT ut Vergilius 'et rabie fera corda tument'. W'G'

218. RAUCA GEMIT ut Vergilius 'cunctatur et amnis rauca sonans'. WG'

220. AD VULGARE IUBAR id est ad solem, qui vulget omnia, dum exit ex templo, passa est tenebras. W'G'

222. TUNC PECTORE V. quicquid noverat verum.

223. REDIERE FUTURA id est non sunt prodita hominibus.

225. FRUSTRATUM deceptum.

226. IURE SED INCERTO M. S. R. sensus hic est: cum adhuc esset incertum, quis in terris habiturus esset im-

---

8 (Brutus)—10 (peremit). 12. 14. 17 (Pallor)—18. 19. 22—23 (exit).

---

5 vendicem *W* | videlicet *U* || 7 adulteres *W* a. *G' om. U* | *schol. v. 207 ponit G' post schol. v. 216* TERRIBILIS . . . tument *cohaerens cum schol. v. 220* || 11 adulteres *W* adult *U* || 15 *nil nisi* id est vultu *exh. G'* || 17 qui] sedqd *W* || 19 Vergilius] *Aen. VI 49* || 20 Vergilius] *Aen. IX 124. 125* | cunctarum *WG'* | et] est *G'* || 23 omnia vulgat *G'* | dux *W'* | exiit *U* | ex *W'* de *G'AR'* | extimplo *U* exemplo *W*

perium totius orbis, hoc est 'iure incerto mundi subsistere', Appius Calcida[m] regno possidere cupiebat.

225. Ambiguis incertis, obscuris, ut ait supra ⟨195. 196⟩ 'solusque quietem Euboici vasta lateris convalle tenebis'.

230. Excepta quis morte p. sensus hic est: cum tibi soli quietem in civili bello pollicerentur oracula, intellegere debuisti te esse moriturum; nam in tot omnium malis ut aliquis quietus sit, deorum nemo, sed sola mors praestat.

232. Caristos insula iuxta Euboeam.

233. Tumidis legitur et timidis.

Tumidis infesta colit Nemesis illic colitur, quae tumentes et superbos deicit, timidis non favet; ergo et 'tumidis' legamus et 'timidis'.

Rhamnus civitatis nomen est, ut ait Terentius 'Rhamnusium se ⟨aiebat⟩ esse'.

234. Artatus r. f. q. g. p. angustum mare, quod Euboeam separat a Boe⟨o⟩tia.

235. Euripusque angustia in mari Euripus dicitur, ut ait Cicero 'quod enim fretum [aut] quem Euripum tot motus', sed Euripus dicitur et reciprocus cursus aquae, qui accedit et recedit in angustis locis.

W'G Mutantibus u. accessus enim ibi sunt et recessus.

W'G' 236. Ad iniquam 'iniquam' bene; ibi enim periclitatae naves Graecorum esse dicuntur.

238. Alium l. i. o. in Pharsaliam.

WG' 239. Cum prope ordo: cum prope avertere.

15—16. 27.

1 iure *om. G'* | subsidere *G'* || 3 obscuris . . . 5 tenebis *om. U* | ut . . . tenebis *om. G* || 3 *nil nisi* obscuris *exh. P* || 6 p.] potes *W* || 8 hominum *W'* | ut] ait *W* || 10 insulam *W* || 11 Et tumidis *G'* || 13 et timidis *G'* tumidis *W'* | ergo . . . 14 timidis *exh. W* || 15 nomen civitatis *U* | est *om. W'* | ut . . . 16 esse *om. UG'* || 15 Terentius] *Andr. V 4, 27* || 17 ang.] s. angustia in *U* || 19 ut . . . 21 motus *om. UV* || 20 Cicero] *pro Mur. 17, 35* || 21 et *post* sed *pon. G' om. W'* || 23 accessus et *U* | enim *om. G* || 24 AD . . . bene] Bene ad iniquam *U* | iniquam *om. G'* || 25 esse grecorum *G'* || 26 in] aut *W* i. *U*

249. HAUD MAGIS EXPERTUS id est numquam sicut nunc Caesar expertus est, quia non erat firmum eius imperium, sed vacillans. W'G'

252. TOT RAPTIS a se alienatis.

TRUNCUS perdito exercitu truncus sine manibus.

253. PAENE SUO quid enim solus auderet?

254. SCIT NON ESSE DUCIS id est intellexit omnem imperii potestatem non in duce, sed in ipso milite constitutam.

256. CONSTRINGERE refrenare, revocare.

257. DUM QUISQUE P. Q. I. T. sensus hic est: dubias militum mentes, quae solet causa revocare, nunc non revocat; duae sunt autem causae, quae revocant, dum timet miles imperatorem suum, a quo ipse metuendus est, et cum unus quisque solum se iniusto gravari credit imperio et queri aliis tacentibus erubescit. Hic ergo haec causa non retinet milites; simul enim queruntur universi.

259. HAUD RETINET ordo: nam quae dubias constringere mentes causa solet: haud retinet.

265. DIRIS HISPANIA B. id est eripuit. WG'

268. QUID IUVAT ARCTOIS decem enim annis pugnavit in Gallia. W'G'

SUBACTO vel <sub>actis. W

273. PAUPERTATE PII ita enim inopes sumus, ut putemur nihil armis fecisse crudeliter, cum omnia fecerimus. W'G'

276. USUS ABIT VITAE hoc est: omne tempus, quo vita uti poteramus, absumptum est; mors sola iam superest.

11—17. 18—19. 20.

1 Hanc *W* | 4 a se *om. U* | alienatis de civibus *U* || 5 TRVNCUS deuib; K. & pene suo *W* 10 Constringere· r. (i. *G*) vocare nunc *(l. 16) G'* | revocare vel refrenare *U* || 13 di e's *W* desunt *U* || 18 namque *U* Nanque *G* | 19 hanc *W'* | retinere *U* | 21 enim *om. G'* || 24 putaremur *U* putetur *G* || 25 nil *UR'* | fecisse nos crudeliter *G'* || 27 iam sola *G*

278. NON DURO LICEAT M. C. M. id est mori volumus, sed non in proelio, immo in penatibus nostris; liceat ergo membra ponere non in duro cespite.

279. FUGIENTE FERIRE hoc est: more palpitantis elidere.

WG' 281. CONIUGIS INLAVI L. id est liceat.

W'G' UNIQUE PARATUM nam in bello non uni rogus fit, sed confuse, ut ait Vergilius 'confusaeque ingentem caedis acervum'.

286. NESCIMUS C. SCELERIS sensus hic est: nec nos ignoramus in armis civilibus tunc nos praemium mereri, si quid impie fecerimus. Id est hoc nobis pro mercede bella civilia reddiderunt, ut liceat nobis iam facere, si quid crudeliter egerit unus quisque de nobis; ergo et ⟨te⟩ poterimus occidere.

287. SI NOND. C. I. id est Caesar.

W' 288. NE⟨C⟩ FAS NEC V. I. ut Vergilius divina et humana posuit 'fas et iura sinunt'.

W'G' 289. HOC AUDERE VETANT obscure mortem Caesari mina[n]tur, cum ei ducis nomen eripit et se iam semel dicit scelere esse pollutum.

292. QUICQUID G. FORTUNA VOCATUR id est Caesaris felicitas nominatur, ut ait Cicero 'quin etiam illa[m] ipsa[m] rerum humanarum domina[m], Fortuna[m], ⟨in⟩ istius societate⟨m⟩ gloriae ⟨se⟩ non offert'; nam in bellis sic fieri consuevit.

293. NOS FATUM SCIAT ESSE SUUM id est intellegat Caesar fatum suum in nobis esse, qui vincimus.

9—14. 15.

---

4 hoc est *om. U* | morte *pr GP* || 5 inlavi *W om. cett.* || 6 unicuique *W* | sit *W* | sed confuse *om. W'* || 7 ut] nam *G'* | ut . . . 8 acervum *om. U* || 7 Vergilius] *Aen. XI 207* | confusus aeque *G'* || 9 nec non *U* || 10 ignoramur *W'* | mereri *G'* meperis *W* reperisse *U* || 11 hoc *om. G'* || 12 reddis *G'* || 14 occidere *Co.* accipere *codd.* || 16 divina . . . 17 posuit *om. U* | fas] *Verg. ge. I 269* | ius *U* || 19 cum ei *G'AR'* cuncti *W'* | numen *U* | eripit nomen *G'* || 22 Cicero] *pro Marc. 2, 7* || 24 aufert *G'* | ferire *G'*

294. Obsequium speres invidiose dictum 'obsequium speres deorum', ut Tullius de Pompeio 'venti tempestatesque obsecundarent'.

295. Pax erit acute dictum 'pax erit', quam scilicet esse non vis tu; nam iratus miles bellum debuit comminari.

Haec fatus id est unus pro omnibus sive omnis exercitus.

297. Sic eat sic agatur. W'P

Quando quoniam, ut Vergilius 'quando haec te cura remordet'. W'a

298. Moresque m. s. id est quando pacem nobis non pietas aut iustitia, sed sola scelera pollicentur, scilicet si Caesarem occidit exercitus. W'G'

303. Venit id est qui fugere debuisset, nisi fortunam suam in difficultatibus soleret exercere.

307. Passurasque i. n. scilicet non negasset.

309. Tantum mens sana t. id est hoc solum in indomito milite suo Caesar horrescit, ne habere sanam mentem incipiat et respuat bella civilia.

311. Iam manibus d. s ab his scilicet, qui eadem gerebant, id est milites tui.

312. His ferri grave i id est militiam. WG'

313. Lassare modus imperativus est, [et] lassare: lasseris.

314. Posse pati hoc est: et disce esse sine bello, ut Vergilius ait 'inter spelea ferarum malle pati'. W'G'

Sibi legitur et tibi. W

---

6. 16. 17—19.

1 obsequium . . . 3 obsecundarent *om. U* || 2 Tullius] *de imp. Cn. Pomp. 16, 48* || 3 obsecundarint *Cic.* || 4 pax erit *om U* | scilicet novis tu *U* || 9 ut . . . 10 remordet *om. Ua* || 9 verg *W*] *Aen. I 261* | curare mordet *W* || 13 occidat *G'A R'* | excitus *U* || 14 quam *G'* || 15 difficultatibus suis *U* || 17 hoc s. *om. U* | in *om. G'A R'* || 19 incipiant *W* || 22 militia *W* || 23 est *om. WP* et lassare lasset *exh. W* || 24 lasseris *Keller* || 25 ut . . . 26 pati *om. U* || 26 Vergilius] *buc. 10, 52. 53* || 27 ⟨tibi⟩ vel sibi *G'*

W'G' 321. HIC FUGE ordo: si belli finis placet, fuge hic ense relicto.

324. AC DUCIS INVICTI ⟨L.⟩ id est Caesaris felicitatibus fatigata.

W LASSATA SECUNDIS subauditur 'detegit inbelles animas'.

W'G' 326. VOBISQUE REPULSIS tamquam ipse eos proiciat ab armis, quia segnes sunt, non quasi sponte discedant bellum civile fugientes.

329. NOBIS VICTORIA TURBAM ut ego habeam multitudinem victor, ut habet ille, qui victus est.

330. INPULSI exacti.

QUAE id est turba.

W' PREMIA BELLI id est ut non comitetur.

W'G' 332. LAURIFEROS CURRUS [cum] ob hoc solum perget ad bellum turba, ut auferat praemia et laboris vestri mercedem nullo vulnere consequatur.

334. IAM PLEBS ROMANA TRIUMPHOS non enim milites dicemini, qui signa deseritis, sed vulgus et populus.

338. ABLATIS UMQUAM DESCENDERIT A. 'descenderit' minuetur, id est quem admodum nunc confluentibus fluminibus nihil sumit augmenti, sic nec tunc minui poterit, si flumina recedant.

WG' 339. MOMENTA PUTATIS id est aliquod emolumentum.

W'G' 341. SE PREMIT inplicat.

342. FATA VACENT sensus hic est: non quia ego vos habui, ideo vici, sed mea vos felicitate superastis. Nam vult omnia, quae maiora sunt, fatis regi, minora fatis iuncta esse potiorum. Nam hoc exponit 'procerum motus haec cuncta sequuntur'.

1.

3 atducis *W* *om. cett.* || 4 fatiga *U* || 13 at *W* | non *om.* *U* || 14 cum *om.* *G'* | solum *om.* *G'* | perget *om.* *W'* || 18 deseretis *G'* || 21 sic . . . 22 rocedant *om.* *U* || 21 potuerit *W* || 26 super.] vicistis *G* || 27 fatis non esse iuncta *(item R')*. Nam *G'* || 28 Nam hoc exponit *om.* *W'* | procerum . . . 29 sequuntur om. *U*

343. HUMANUM PAUCIS VIVIT GENUS id est ad fata paucorum omne genus hominum revocatur et unus potior reliquis de se efficit fatum.

344. HORROR id est orbis Hiberi. W'

ET ARCTOI qui horror fuisti sub me duce, Pompeium victum utique reliquisses. W'G'

345. POMPEIO CERTE FUGERES D. quippe superatus; adeo vobis imperator vester facit fatum, et hoc sic probat dicens: Labienum, qui sub se fortis fuerit, segnem esse sub Magno; nam ad eum transivit a Caesare.

347. CUM DUCE PRAELATO Pompeio, quem praetulit mihi.

348. NEC MELIOR MIHI V. F. id est quam Labieni. WG'

349. NEC DUCE ME GERITIS 'nec hoste': nam fugietis; 'nec duce': nam nunc pugnare non vultis; ergo fidi mihi esse non potestis, qui numquam habebitis cupidinem dimicandi. W'G'

351. HIC NUMQUAM VULT ESSE MEUS nam qui nunc cum Pompeio sunt, cum vicero, mei milites erunt; hi autem mei esse non poterunt, qui nunc fuerint desertores.

353. NON NISI MUTATO id est ideo vobis dant dii animum a proelio recedendi, quia estis inbelles, ut ego in tam magno certamine mihi eligam fortiores.

355. AMOLITUR ONUS 'amolitur' tollit. Onus dicit felicitatis, id est magnam felicitatem, quam iam ferre non poteratis, a vobis fortuna aufert.

---

2 unusquisque *U* ‖ 5 quia *G'* | ducem *G'* ‖ 6 victu mittique *W'* | utique *om. G'* ‖ 7 quippe superatus *G* quippe si superat *W'* ‖ 9 dicens *om. U* | fuerat *UG'* ‖ 10 transit *G'* ‖ 12 lavieni *W* ‖ 13 iam *G'* ‖ 14 duce me *G'* ‖ 15 quia *G'* ‖ 16 peccandi *U* ‖ 17 nam] nunc *W om. U* ‖ 19 fierint *W* | desertores fuerint *U* ‖ 20 ideo] dō *W om. G'* | dandi animum *W'* | dii vobis dant *P* dii dant vobis *G* ‖ 21 a *om. W'* | recidendi *U* ‖ 23 tulit *W'* ‖ 24 iam *om. G'AR'* ‖ 25 a *om. W'*

356. Quibus hic non s. o. id est permittitur vobis, ut exarmetis dextras vestras, quibus terram subiugasse non sufficit.

358. Quirites non milites.

360. Non Caesar sed poena t. id est sed paucos de vobis seditionis principes hic iubeo remanere, quos non ego detineo, sed poena, quam sentient.

Procumbite t. vult hic principes seditionis extinguere.

WG′ 361. Tendite colla id est ad vulnera praeparate.

W′G′ 363. Et disce ferire id est sub hoc exemplo ferire disce inbelles.

364. Disce mori si et tu fueris inbellis.

366. Privatum factura t. id est si eum deserere voluisset.

Velut ensibus id est quasi possit aliquis occidi, si ad occidendum de militibus nullus obtemperaret.

369. Ad scelus hoc Caesar sensus hic est: etiam ipse Caesar metuit, ne cum scelus hoc iubere coeperit, ut milites priores suos interficiant, nemo pareat imperatis.

Vicit patientia sevi patientia, inquit, militum vicit saevi spem ducis; aliud enim Caesar sperabat futurum, aliud evenit. Nam cum crederet, quod parituri non essent milites, si quos iussisset occidi, non solum illos occiderunt, sed etiam Caesari obtulerunt, ut interficerentur. Est ergo ordo: et iugulos praestitit, non enses tantum.

371. Nil magis adsuetas sceleri nihil, inquit, magis timet Caesar quam, ne consuetae mentes ad scelera

---

2 dexteras *W* | quibus . . . 3 sufficit] quae dext(e)rae iam iugasse non sufficit *W′* quae dextrae iam vicisse non sufficiunt *G′* quibus dextris ⟨ter⟩ram ⟨sub⟩iugasse non sufficit *Keller* || 5 de] dię *P* dies *G* || 6 hic *om.* *W* || 7 ego hic detineo *G′* || 8 et vult *G′* || 9 a *W* || 11 imbellis *G′* || 12 et *om.* *U* || 13 si cum *G* || 15 occidendos *G′* || 16 iuberet *U* | coeperit *PAR′* cęperint *G* *om.* *W′* || 19 futurum *om.* *UAR′* || 20 venit *W* || 23 optuler̄ *GAR′* || 24 ordo ſ& *W* | p̄stat *G* || 26 Ó nil *W*

perpetrandum desinant aliquid crudele committere. Gaudet ergo, quia illi occidere, quos iusserat.

372. TAM DIRI FEDERIS ICTU ut Vergilius 'ictum iam foedus' et Cicero 'cum tu amorum turpissimorum cotidie foedera aperires'. W

374. BRUNDISIUM DECUMIS hunc illis laborem celeritatis inposuit, ut die decimo Brundisium pervenirent, hoc est decimis castris. In expeditione enim militum certo itinere confecto cotidie castra metantur. W'G'

HANC ATTINGERE C. 'hanc' id est iuventutem. Vult autem a se separare milites. W'AR'

375. ET CUNCTAS REVOCARE R. id est a Brundisio. W'PR

376. ⟨SECRETAQUE L.⟩ LEUCAE id est recipiunt. WG'

377. SUBDITA subiecta. W'G'

379. OBNOXIUS obiectus, ut Vergilius 'nec fratris radiis obnoxia surgere Luna'. WG'

380. GARGANUS mons in Apulia, tortus in flexum. W'G'

381. TUTUS hos enim removerat, quos videbat infidos.

384. SE CONSULE F. nomen anno dedit consul effectus.

386. MENTIMUR D. ut eos, qui imperant, dominos nominemus. Si 'dominis mentimur' legimus, id est his adulamur.

387. QUA id est aetate. WGE

388. AUSONIAS V. G. M. S. ut secures haberet in fascibus. W'G'

390. IMPERII RAPIENS id est consulatum; non enim illic erat imperium iam situm, sed in Caesaris potestate.

392. CONSULE NOTUS ERIT id est quam ipso Caesare, qui tunc gessit bella civilia.

6—9. 10—11. 17. 18.

1 perpetranda *pr W* | ad perpetrandum *U* || 2 illos *UAR'V* | eos quos *G'* || 3 Vergilius] *Aen. XII 314* || 4 Cicero] *or. pro Cael. 14, 34* | cum] ut *Cic.* || 6 metantur *Usener* mutantur *codd* || 10 'hanc' *exh. W* || 11 enim *U* | separe *U* || 12 *schol. in G erasum* || 13 recipiant *codd.* || 15 ut ... 16 Luna *exh. W* | Vergilius] *ge. I 396* || 17 mons aculie *U* | tortus inflexum *exh. W* || 20 D.] dominis *W* | imperat *W* || 21 si ... id] non timemus id *U* || 23 securem *WP* securim *G* || 26 quam] pro ab *G'*

392. FINGIT SOLLEMNIA C. id est sic omnia aguntur in comitiis, quasi Caesari dederint consulatum ac non ipse sibimet vindicarit.

393. DIRIMIT S. P. id est interrumpit ita, quasi missa plebs videretur tulisse suffragia.

W'G' 394. DECANTATQUE T. ipse campus, id est comitia.

W VANA legitur et vacua.

W'G' VERSAT IN URNA id est tribus istae sunt, quae praerogativae appellantur.

395. NEC CAELUM SERVARE LICET proprie augures, cum comitia sunt, dicuntur servare de caelo.

TONAT AUGURE SURDO id est quia, ⟨quod⟩ tonat, ad eum non pertinet.

396. BUBONE SINISTRO adverso; nec hoc tum augures curant.

397. INDE PERIT id est ex illo. Ideo tantum creantur consules, ut dent annis nomina, non ut aliquam habeant potestatem.

399. MENSTRUUS IN F. 'menstruus consul', qui solo mense Ianuario dignitate consulis uteretur, sive de suffectis consulibus dicit, qui per menses singulos procreantur.

400. QUOD PRAESIDET ALBAE Vestam dicit, ignem aeternum, et Iovem Latialem, ubi per novem dies solebant haec sacrificia celebrari.

401. HAUD MERITUM id est quod non meretur sacra sollemnia, quia civilibus bellis Caesarem superare permittit.

402. CONFECTAS NOCTE LATINAS sensus hic est: vidit Iuppiter conpletas Latinas ferias, quae per noctem in

---

2 quasi aliquis caesari dederit *G'* | et non *G* || 3 vindicaret *G'* || 4 interrupit *W'* || 6 id est comitia *om. G'* || 11 comitia cō motia^{s} *W* | servare augurium de *G'* || 12 quia quod *Oud.*] quia *W'* qui *G'* || 14 adverso *om. U* | nec tamen hoc *U* | tamen *W* || 20 consulit *G* || 22 dicit et ignem *W'* || 23 latiarem *W* laetiarem *U* | VIIII *U* || 25 moretur *W'*

Albano monte flammis declarantur, tunc cum illic ludi luduntur a consule; hoc ergo accipiamus: haec sacra Caesarem sollemniter celebrasse, cum adeptus est dictaturam et consulatum.

403. INDE RAPIT id est Caesar.

405. OCIOR ET C. F. fulmine. WEAR'

406. MINOIA TECTA quippe a Cretensibus Brundisium constitutum est. WAR'

408. ET PAVIDAS H. S. C. ut Vergilius 'quin etiam hiberno moliris sidere classem?'. WG'

411. TUTUM legitur et totum.

DUM NON FELICIBUS A. id est Pompeianis, qui fugiunt navigantes. Cum illis ergo tutum mare pateat, qui infelices sunt, sibi putat tutius fore, qui est felix. W'G'

413. FORTIUS HIBERNI F. hoc dicit: per hiemem velocius navigari, quia vehementiores sunt venti. Nam veris tempore crebro pluviae concitantur, ut ait Vergilius 'ruit imbriferum ver'.

414. QUAM QUOS INCUMBERE C. id est flatus. WG'

417. SOLOQUE AQUILONE S. 'sunt' subaudimus.

418. HIC id est aquilo. WAR'

CARCHESIA MALI ornamenta dicit, quae summitati arboris infiguntur in navi. WG'

419. GRAIA AD MOENIA PERFLET [ad] Epirum, ut Vergilius 'protinus aerias Phaeacum abscondimus arces litoraque Epiri legimus'. W'G'

421. LANGUIDA CARBASA * * *. W

---

20. 21.

1 tunc . . . 4 consulatum *om. G'* ‖ 1 ludei *W* ‖ 6 flumine *W* flāmine *A* ‖ 7 quia *A R'* | Minoia · Apud Cretam enim Minos regnavit · unde venerunt (hii *add. A*) · qui Brundisium construxerunt *G' A D* ‖ 9 Vergilius] *Aen. IV 309* ‖ 13 Cum . . . 14 felix] et infelices sunt sibi putat *U* ‖ 13 tutum in mare *W* totum *G'* ‖ 16 celeriores *G'* ‖ 17 ut . . . 18 ver *om. U* ‖ 17 Vergilius] *ge. I 313* | ruit *om. W* ‖ 23 in navi *om. G'* ‖ 24 ad *exh. UAR'* ut . . . 26 *om. UAR'* ‖ 24 Vergilius] *Aen. III 291. 292* | phoca cū abscedimur *W* | p. c. d. *G'* ‖ 25 litora . . . 26 legimus *om. G'* ‖ 27 * * *] neutro genere carbasa *Co.*

W'G' 423. Iam dudum nubes vult videri, quod in tempesiate prosit velocius navigare.

426. Totosque r. hi rudentes totos sinus laxaverant.

W' 428. Obliquat pede levo carbasa ut Vergilius 'una omnes fecere pedem'; hic funis est, qui vela retinet.

WG' 429. Sipara velorum velum in navibus sic appellatur.

W'G' 431. Mox reddita m. revocata ad malum recedente vento et rursus inflata.

433. Puppes quae v. a. id est velocior est navis impetus quam venti.

435. Haesere paludibus u. id est maris undae pigriores coeperunt esse quam paludes.

436. Bosphoros undas hic enim congelascit.

437. Non inpulit Hister hoc est: cum et ipse Hister glacie strictus fretum cessat impellere.

438. Inmensumque g. t. m. non quod Hister mare sit, sed mari magnitudine comparatur, ut ait Vergilius 'it mare proruptum'.

Comprimit unda tenet, alligat.

440. Fluctuque latente sonantem ut supra glacie stricta subtersonet unda, quae currit.

441. Orbita ordo: et latente fluctu sonantem Meotida scindit orbita migrantis Bessi; 'migrantis' a regione scilicet ad regionem aliam. Nam Bessi in Scythia sunt.

W' Meotida τὴν Μαιώτιδα sonantem.

W'G' 442. Mesto legitur et vasto.

Ignava profundo id est quae stagna congelascentium fluminum segniora sunt vasto ponto; non enim omne in

---

22—24 (regionem). 25.

---

2 possit *Oud.* | *nil nisi* in tempestate velocius navigare *G'* || 4 Vergilius] *Aen. V 830* || 6 sic *om. P* || 9 puppes *G'* puppesq; *W om. U* || 12 palus est *W'* || 13 hic mare enim *U* | congelass & *P* || 14 Hic enim glacie *U* || 15 implere *W'* || 16 quod non *WG'* || 17 magnitudini *G* | comparatus *W* | ut . . . 18 proruptum *om. U* || 17 Vergilius] *Aen. I 246* | id *P* || 19 tenet et *U* || 21 subtersonat *G'* | cum currit supra orbita *G'* || 25 ΜΑΙΟΙΤΙΑΑ *U* || 28 vasto ponto *om. P* | omne *om. G'*

mari spatium altitudinis vertitur, sed quae ima sunt, non moventur.

445. Servare vices vel tempestatis scilicet vel quietis.

447. Fixae patuere c. id est ad omnes expositae sunt casus, postquam haerere coeperunt.

448. Illic infestae classes id est tunc coeperunt timere, ne hos remis comprehenderent Pompeianae classes, cum hi haererent in fluctibus pigris.

Et inertia tonsis quae remis inpellerent ignavas undas.

449. Languore profundi hoc est maris.

450. Nova vota timori tempestatem enim optare coeperunt.

451. Sunt inventa novo sive repentino, sive vere novo, quod obsidebantur a fluctibus.

455. Naufragii spes omnis abit hoc enim cupiebant.

456. Laesum nube diem hoc est nube contectum, ut ait Vergilius 'ille ubi nascentem maculis variaverit ortum conditus in nubem'.

Sensim leviter atque paulatim

457. Concussit id est iubar.

Movitque c. n. ordo: et ima pelagi Ceraunia sensim nautis concussit et movit. Ceraunia aut montes dicit Illyricos, ut inde flare coeperit ventus (nam insulae sunt, ideo 'pelagi Ceraunia'), aut illos pretiosos lapides accipimus in imo mari ventis esse commotos.

459. Quae iam vento id est classis. WG'

---

15. 20. 21.

1 una sunt *G'* ‖ 3 *nil nisi* tempestatis *exh.* *U* ‖ 7 eos *G'R'* ‖ 8 hi *om.* *G'* | hererens *P* ‖ 9 quae *et* ignavas undas *om.* *G* ‖ 14 *supra prius* sive *add.* novo W_2 ‖ 15 quia /// sidebantur *U* | vel quia quod *G'* ‖ 16 nam hoc *U* ‖ 17 ut . . . 19 nubem *om.* *U* ‖ 18 Vergilius] *ge. I 441. 442* | varia vertit *W* ‖ 19 conditis ut *G'* ‖ 20 et *U* ‖ 21 *schol. om.* *G* *lemma exh.* | iubari *P* ‖ 22 etiam *W* | ordo . . . 23 aut *om.* *U* ‖ 24 ut deinde flare *U* | cęperit flare *G* | ventus *om.* *U* | nam et insule *W* | in sale *Weber*

W'G' 460. PALESTINAS Palestina Epiri regio est; huius ergo harenas uncis confixit, hoc est anc[h]oris.

461. PRIMA DUCES dicit Pompeium et Caesarem.

W' 462. Flumina duo Genusus et Hapsus.

W'G' 464. CAUSA PALUS id est ut naves perferre possit, efficit palus, quae illum reddidit leniorem.

LENI QUAM id est paludem.

FALLENS EGERIT UNDA videtur enim inmobilis, dum leniter fluit.

W'G 466. LONGO SE G. L. id est uterque fluvius non per longas labitur terras, sed mox miscetur marinis undis.

W'G' 467. VICINO LITORE N. scilicet maris.

469. CONPOSUIT collocavit, ut Vergilius 'aurea conposuit sponda mediam'.

471. ADMOTUM vicinum et proximum.

NAM CERNERE VULTUS utriusque partis erercitus.

474. SANGUINIS INFAUSTI quia non perseveravit adfinitas.

SUBOLEM id est et filium Pompei, qui obiit adhuc infans cum matre Iulia, qui certe nepos Caesaris fuit.

475. TE NISI N. P. N. V. H. ordo: dilectus tibi, Magne, socer te nisi Niliaca harena propius non vidit, hoc est: numquam te tam de propinquo vidit, quam cum esses in Epiro.

476. CAESARIS ATTONITAM sensus hic est: Caesar cupiens dimicare, ideo moras sui sceleris perferebat, quia in Italia relictam partem exercitus cum Antonio duce opperiebatur; haec erat causa proelii differendi.

---

1 (Epiri regio). 20—21 (vidit).

---

2 confinxit *P* | hoc est *om. U* || 3 dicit *om. UG'* | et *om. U* || 4 Genusus et Hapsus flumina sunt *U* || 6 reddit *GAR'* || 11 maris *G* || 12 maris videlicet *U* || 13 ut . . . 14 mediam *om. U* || 13 Vergilius] *Aen. I 698* || 14 medium *W* m. *G'* || 15 et proximum *om. Ua* || 16 partis *om. U* || 18 Sobolem pompei *U* | id est enim et *W* | infra *G'* | epirum *G* | pompeius *W* | obit *W* || 21 hoc est . . . 23 Epiro U_2 || 24 te *om G'* | esset *G'* || 25 dimicare hic p̄ ode ideo *W* | superferebat *W'* || 26 relictam *om. U*

477. Partes iussere r. id est exercitus sui.

479. Iam tum civili m. id est qui disceret gerere bella civilia. Apud Leucada enim ipse et Cleopatra contra Augustum postea dimicavit.

480. Illum saepe m. ⟨C.⟩ p. q. m. id est per litteras W'Aa et rogat, ut veniat, et minatur.

484. Te poscit f. m hoc est illum, quem ducis, poscit W'G' exercitum.

485. Nos dividit aestu sed exiguus traiectus est a Brundisio in Dirrachium, ubi erat Caesar.

487. Ignave venire id est iubet, ut ad socios venias, non, ut ad hostes eas.

489. Percussi sive ancoris sive vestigiis pressi.

491. In ventos i. vota ut Vergilius 'sed aurae omnia W' discerpunt' et alibi 'montibus et silvis studio iactabat inani'.

Fretu⟨m⟩que id est in fretum. WGA

492. Ne retine d. c. i. per a. vult ad invidiam hunc W'G' iter differre, non milites; ideo ait 'cupientes ne retine'.

493. Si bene n. m. e. a. C. a. i. ordo: si bene mihi nota est iuventus, naufragio volet ad arma Caesaris pervenire.

496. Totusque senatus id est Pompeianae partes, quae ibi sunt.

501. Temeraria id est quae temptarat temere.

502. Expertus ⟨c.⟩ feliciter evenisse.

503. Classibus id est ubi etiam navigia maiora periclitantur.

505. Parva quies m. quia plurimum laborabant, somnus hic non sufficiebat fatigatis ad refectionem.

11—12. 20—21. 24.

2 diceret *U* | bella civilia gerere *U* || 6 moratur *a* || 9 est *om.* *G'AR'* || 10 duratium *W'* || 11 iubeat *U* || 12 non ad hostes *U* || 13 pressis *W'* || 14 Vergilius] *Aen. IX 312. 313* || 15 discerpunt et studio inani *U* | alibi] *buc. 2, 5* || 18 vult enim *U* | indiam *G'* | hoc iter antonium *G'AR'* || 19 ne retine cupientes *G* 22 quae *om.* *G'* || 24 qui *W'* || 25 felicitatē uenisse *W'* || 28 quiesceri (s *suprascr.*) *W* || 29 refectionem usque hic *W*

506. DAT VIRES F. M. sensus hic est: haec quies miseris et labore confectis erat parva. Hominibus enim egentibus et in fortuna humili positis securior est somnus atque continuus; hos autem, qui maiore statu sunt, id est reges, propter sollicitudinem animi necesse est vigilias sustinere.

507. COMMOVERAT H. S. ternas enim ⟨post⟩ horas quarto vigiles commutantur in nocte.

509. VIX FAMULIS A. P. id est quae nec servi aliquando fecissent.

512. QUESTUS T. Q. F. P. id est intra se reprehendens sic dormire vigiles, ut his ignaris possit abscedere.

513. LITORA CURVA L. praeterit, transit, ut Vergilius 'legimus freta concita terris'.

W 515. RECTOREM DOMINUMQUE R. ipse erat navis gubernatur et dominus.

W'G' 517. CANNA notandum 'canna', cum omnes 'harundinem' dicant, hic 'cannam' ait, sed secutus est Varronis exemplum.

518. PHASELO 'phaselus' genus navis, ut ait Plautus 'phaselus ille, quem videtis, hospites' et Vergilius 'et circum pictis vehitur sua rura phaselis'.

524. AGGERE IAM TEPIDE ordo: ab alto aggere iam tepidae favillae sublato fune scintillam tenuem commotos pavit ⟨in⟩ ignes.

W'AR' 527. O VITAE TUTA F. laus pauperum.

W 528. O MUNERA NONDUM I. D. ut Vergilius 'o fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas'.

14—15. 16—18. 22—24. 25.

---

1 haec *om.* *G'AR'V* ‖ 2 omnibus enim gentibus *G'AR'V* ‖ 4 maioris status *G'* ‖ 5 sollicitudines *UV* ‖ 10 intra rep̄hendes *W'* ‖ 11 pos:cit *W* ‖ 12 p̄teriit *UA* | ut . . . 13 terris *om.* *UG'AR'* ‖ 12 Vergilius] *Aen. III 127* ‖ 14 gubernatorem et dominum navis *U* ‖ 16 canna *om.* *U* ‖ 17 canna *U* cannas *G'* ‖ 19 ut . . . 21 phaselis *om.* *U* ‖ 19 Plautus *immo* Catullus *4, 1* ‖ 20 et . . . 21 phaselis *om.* *G'* ‖ 20 Vergilius] *ge. IV 289* ‖ 21 pictas *W* ‖ 26 ut] in *W* | Virgilius] *ge. II 458. 459*

531. CAESAREA PULSANTE M. quae solebat muros et templa turbare. W'G'

532. VOTIS MAIORA M. 'vota modesta' dixit non festinantia, sed dilatione contenta.

533. LAXA differ. WG'

534. ME VEHIS ⟨H.⟩ in ⟨Hesperiam⟩. WR'

535. DUXISSE S. id est duxisse debebis. W'

539. INDOCILIS PRIVATA LOQUI hoc: est licet plebeius sit habitu, tamen loqui Caesar privata non potuit. W'G'

TUM PAUPER AMYCLAS id est fatur. W'G

540. MULTA QUIDEM signa colligit futurae tempestatis. W'G

542. CONCORDESQUE T. R. id est non concordes abstulit radios, ut ait Vergilius 'aut ubi sub lucem densa inter nubila sese diversi rumpunt radii'. WG'

ALTERA PHOEBI id est pars. W'G'

543. DIDUCTA LUCE ut divideretur.

544. EXHAUSTUS id est concavus, ut ait Vergilius 'medioque refugerit orbe'.

545. SPECTANTIS OCULOS id est qui passus fuerat ab omnibus se videri, dum habet lumen infirmum.

547. EXESA RECESSUS id est surrexit. WG'

549. VENTORUMQUE NOTAM id est unde futuri venti notantur, ut ait Vergilius 'at si virgineum suffuderit ore ruborem ventus erit'. W'G'

LURIDA ore incerto et pallido colore suffusa.

---

6. 12—14. 16. 17—18. 23 (Vergilius)—24.

---

1 solebant *WG'* || 5 differt *W* || 6 in *R'*] *om. W* in Hesperiam *Co.* || 8 plebeio *G'* || 11 collegit *G* || 12 *nil nisi* et non *et* i. abstulit *exh. U* | non *om. WG* || 13 ut . . . 14 radii *om. G'* | Vergilius] *ge. I 445. 446* || 14 diversa *W* || 15 plebi *W om. UG'* || 16 videretur *W'* inderetur *U* || 17 Haustus *W* | ut . . . 18 orbe *om. U* || 17 Vergilius] *ge. I 443* || 19 fuerit *W'* || 20 infirmum lumen *W* || 21 resurrexit *W* || 23 ut . . . 24 erit *om. U* | Vergilius] *ge.* I *430. 431* | aut si *G'*

W′ 551. SED MIHI NEC MOTUS N. ut Vergilius 'atque aridus altis montibus audiri fragor, et resonantia longe litora misceri et nemorum increbescere murmur'.

W′G′ NEC LITORIS ICTUS id est placet.

552. QUI PROVOCAT A. D. qui tempestatem movent, cum videntur in pelago.

553. AUT SICCUM Q. M. A. quod contra consuetudinem fit, ideo significat tempestatem. Nam siccum non amat mergus; haec autem avis est.

WG′ QUOD MERGUS AMAT id est nec mihi placet.

W QUODQUE AUSA VOLARE ut Vergilius 'atque altam supra volat ardea nubem'.

W′G′ 554. CONFISA NATANTI id est confidens pennae, qua natare consuevit.

555. VELUT OCCUPET I. cum impetu enim se mergit in fluctus.

WG′ 556. INSTABILI G. M. ut Vergilius 'et sola in sicca secum spatiatur arena'.

W′G′ 557. SED SI MAGNARUM P. id est manus.

559. FLATUSQUE NEGABUNT sensus hic est: parebo voluntati tuae; nam aut ad litora iussa veniemus, aut si fieri non potuerit, non ego tibi hoc, sed tempestas et maria denegabunt.

561. AD QUORUM M. id est velorum, quae carbasa dixit.

W′ 562. TRAXERE C. S. ut Vergilius 'flammarum a tergo longos albescere tractus'.

1—2 (litora). 4. 11—12. 17—18.

---

1 N.] n̄ *W* | Vergilius] *ge. I 357. 358* | et *Verg.* || 2 aut *Verg.* || 3 at *W* aut *U* | increbescere murmur *om. U* || 7 quia *G′* || 8 Nam . . . 9 est *om. U* || 10 amat siccum id *G′* || 11 Vergilius] *ge. I 364* || 13 confisa *U* | quae *W′* || 15 submergit se *G′* || 17 Vergilius] *ge. I 389* || 18 cum s. h. *U* | arena *om. G′* || 19 magnus *U* || 20 sensus . . . 23 denegabunt *in marg. W* || 21 aut *om U* | ad *om. WP* | visa *W* || 23 negabunt *UAR′* || 24 At *W om. cett.* || 25 Vergilius] *ge. I 367* | flammarum longos a *Verg.*

566. FLATUSQUE I. F. 'incerta' numero plurali accipimus genere neutro, ipsa incerta futuri flatus aequora testantur. W'G'

570. UNDIQUE quasi omnes venti sint excitati.

571. NUBIBUS ET CAELO N. E. caelum, inquit, auster tenet, mare corus.

573. NEC NAUFRAGUS ORAS id est in tanta tempestate nec navis ad Italiam perveniet nec nostra corpora, si naufragaverimus.

574. DESPERARE VIAM ET V. id est haec sola salus est, si non petamus, a qua prohibemur, Italiam.

CONVERTERE ut Vergilius 'quaque vocat, vertamus iter'.

575. LICEAT VEXATA L. P. illa reprehendere, id est puppe vexata.

576. NEC LONGE NIMIUM S. P. T. hoc est: ne terra, quam vicinam habemus, fiat longior, revertamur, dum ad Italiam ire contendimus.

579. TRADE SINUM id est velum. WG'

580. ME PETE id est si ideo Italiam non petis, quia dissuadet caelum, ideo pete, quia ego suadeo. W'G

581. VECTOREM N. N. T. ideo tantum videris timere, quia nescis, quem vehas navi.

583. CUM POST VOTA VENIT sensus hic est: offendit me in hoc fortuna, si tunc venerit prospera, postquam optavero, ut veniat, id est non optante me necesse est mihi prius secunda contingere ultro deferente fortuna.

584. TUTELA SECURE M. quod te ego tuear.

585. NON PUPPIS NOSTRAE LABOR EST id est ista tempestas ideo orta est, ut mare et caelum fatiget nihil nostro offutura navigio.

4—5. 6—8. 11. 22—25. 26.

2 flatus. Aequora t. undiq; *G'* ‖ 3 sunt *W* ‖ 5 habet *UV* | chorus *UG'* ‖ 6 NEC . . . 11 iter *bis ext. in W* ‖ 8 naufragaiis erimus *U* naufragi erimus *G'R'* | 10 peccamus *U* ‖ 11 Vergilius] *Aen. V 23* | quoque *Verg.* ‖ 14 ne *G'* nec *W'* ‖ 15 habebas *W'* | revertamur *om. W'* ‖ 16 venire *U* ‖ 17 veli *W* ‖ 22 cō post *W* | ostendit *W'* ‖ 25 differente *G'* ‖ 28 ideo tempestas ista *G'* ‖ 29 offectura *G*

585. CAESARE PRESSAM oneratam.

586. A FLUCTU DEFENDET ONUS id est quia me vehit, non poterit fluctibus obrui.

589. CALABRO Italico.

590. CUM IAM NON P. P. tunc, inquit, crede ad Italiam pervenisse, cum iam ad aliam non poteris ire regionem.

593. QUOD PRAESTET FORTUNA MIHI id est ideo est orta tempestas, ut habeat, quod mihi possit praestare fortuna, si me ex tantis periculis liberarit.

594. AVULSIT pro avellit.

597. CONCITA ab eo quod est concio, concis, concit, ut Vergilius 'excitum ruit ad portus'.

599. IAM TE TOLLENTE F. sive ipsum pontum sive undas, quas dicturus est.

W' 601. REVULSIT legitur et retundit.

REVULSIT ut adversi se frangerent fluctus.

W'G' 604. VADA FECIT ARENAS expulit mare ultra litus, et ubi remotae erant harenae, vadum fecit, cum unda easdem deiectans exisset.

607. AEQUORA S. E. C. V. sensus hic est: tantus erat impetus maris conlisis inter se fluctibus, ut si omnium ventorum flatus subito conquiesceret, nihilominus undae se invicem litigarent atque concurrerent.

608. NON EURI CESSASSE M. id est crediderim.

612. SIC PELAGUS M. L. hoc est: cum ex omni parte omnes venti saeviunt, sic factum est, ut mare a litore suo longius non posset exire, quia inpulsum ab altero

---

1. 11—12. 24.

---

3 a fluctibus opprimi *G'* || 5 tu *G'A* | inquit te crede *AR'* || 6 ire non poteris *G* || 7 Quid *G'* || 8 qiϑ *U* || 9 liberaverit *G'* liberavit *U* || 11 ut ait *G'* || 12 Vergilius] *Aen. III 676* | portas *U* || 13 sive ipsas undas *G* || 15 ⟨retundit⟩ legitur et revulsit *G'* || 18 fecit undas easdem iectant (*W*, iactant *U*) exisset *W'* fecit · cum unda easdem deiectat exisse *G'* || 19 deiectat exiens *Weber* || 23 se inv.] secum *G* secum invicem *PAR'* || 25 parte venti se uiuunt *U* || 27 inpulsus *GR'*

vento ventus alius repellebat. Subaudimus ergo 'sic pelagus in suo loco mansisse crediderim'.

613. Aegeas t. i. u. id est mare Tyrrhenum transit in Aegaeum.

614. Vagus Adria ponto id est ad Ionium mare transit Adriaticum. 'Vagus' autem sive quia per multas tenditur terras, sive modo vagus, cum transit in Ionium.

615. Frustra pulsatos a. m. id est qui frequenter ante frustra pulsati sunt, illo die obruti sunt a fluctibus.

616. Pessum dedit pressit, evertit.

617. Illo legitur et ullo.

Litore surgunt ubi navigabant Caesar et Amiclas.

619. A magno venere m. ab Oceano.

Coercens includens.

621. Cuspide fraterna hoc est Neptuni tridente usus Iuppiter adiuvit fulmen suum, quod longa fuerat aetate lassatum.

622. Regnoque a. t. s. 'secundo' id est mari; tria enim sunt regna: caelum, mare, terra. Nunc ergo confusa tempestatibus terra ad regnum maris est copulata, ut iam unum eius esset imperium.

623. Cum mare convolvit g. cum diluvium fuit et evadente Pyrra et Deucalione terra sub maris coepit esse imperio.

626. Pressisset n. u. hoc est: tum diluvium fuisset, nisi Iuppiter infundisset pluvias. Sedatur enim tempestas maris imbre demisso.

629. Deprimitur aer ipse.

13.

1 alius *om.* *G'AR* | repellebatur *G'AR'* | Subaudiamus *G'* || 5 est adriaticum mare transit ad ionium *G'* || 9 expulsati *G* || 11 Ṅ ullo *(om. P)*. Legitur et illo *G'* || 12 In illo littore *G'* | surgit *W* || 13 ab *om.* *U* || 14 inludens *sscr* vel includ *W* || 15 neptu *ssc* nv̄ *ab alt. m.* *W* || 16 adiuvat *G* | flumen *codd.* | fuerit *G'* || 18 secundo . . . mari *om.* *U* || 21 essent *U* || 22 et *ante* evadente *om.* *W'* || 25 cum *W* || 27 dimisso *UG'A*

629. Accipit imbrem sensus hic est: fluctus sic erigebantur ad caelum, ut vicini nubibus vel occurrerent pluviis et ibi easdem acciperent altius processuri.

630. Lux etiam id est nec curuscat.

W' 631. Sed obscurum n. d. a. id est hoc, quod coruscat, obscurum est.

W'G' Dissilit autem crepat accipimus, ut Vergilius 'aeraque dissiliunt vulgo'.

WG' 632. Atque arduus axis ut Virgilius 'nudoque sub aetheris axe'.

WR 633. Intonuit mutaque et insonuit.

W'G' Compage laborant si 'laborant', ipsi poli laborant; si 'laborat', axis laborat huius poli mota compagine.

635. Concordes e. m. 'moras concordes' id est vincula, quibus elementa inter se conexa in concordia permanebant.

Rursusque redire id est videtur.

636. Nox manes m. d. luci tenebras, inferos caelo.

637. Nondum perire r. hinc tantum spes supererat salutis, quod in tanta mundi ruina adhuc vivebant. Nam si esset fortuna pereundi, olim perire potuerunt, cum est orta tempestas.

638. Quantum Leucadio p. d. ⟨v.⟩ p. hoc dixit: quantum de monte Leucate mare despicitur, tantum et his navigantibus videbatur, cum altius tollerentur.

641. Rursus hiant u. id est cum iterum se unda subducit, vix mali cacumen apparet, ut Vergilius 'tollimur in caelum curvato gurgite et i. ⟨s.⟩ a. ⟨m. i.⟩ d. unda'.

7—8. 16. 26 (Vergilius) — 27.

---

2 vel] venti *G'* ‖ 5 id est hoc scurum est quod coruscat *U* ‖ 7 *nil nisi* i. crepat *UG'* | Vergilius] *ge. III 363* ‖ 9 Virgilius] *Aen. II 512* ‖ 11 ⟨insonuit⟩ legitur et intonuit *G'* ‖ 12 si laborant *exh. G'* ‖ 14 mores *G'* | est ea vincula *G'* ‖ 15 in *om. G* | incordia *P* ‖ 17 mox *W* ‖ 18 hinc *AR'* hic *WG'* hoc *U* | spes sup (sub *G'D*) erat *G'AR'* sperant *W* sperabant *U* ‖ 22 dicit *GR'* ‖ 23 leucate *W'* ‖ 25 se unda *W'R'* secunda *G'A* ‖ 26 ut . . . 27 unda *om. UAR'* ‖ 26 Vergilius] *Aen. III 564. 565* ‖ 27 et . . . unda *om. G'*

642. Nubila tanguntur velis cum eriguntur.

Et terra carina id est tangitur, ut Vergilius 'terram inter fluctus aperit'. WEAR'

Et terra carina cum resident. W'G'

643. Nam pelagus q. p. s. sensus hic est: imum mare, quod quietum esse consuevit, arenas suas, quae sunt in fundo, non celat, sed eas erigit; ab imis enim sedibus commovetur in cumulos, et omnis aqua, quae in mari est, necesse est, ut fiat fluctus, id est ut commota ventis in superiori parte videatur.

646. Quam frangat id est aquam. W'EAa

Discordia ponti pugnantibus enim inter se ventis utramque navis partem fluctus erigebat, ideoque everti non poterat, cum esset elisa. W'G'

649. Ardua erecta, sublimis. WG'

650. Non humilem bene 'humilem', altior enim erat navis erecta fluctibus quam insula erat, sive 'planam' humilem, ut Virgilius 'humilemque videmus Italiam', id est sub fluctu iacentem. 'Humilem vadis' accipimus, [id est] ubi alta non sint litora ad navis accessus. W'G'

Sasona insula Calabriae.

652. Ambrac[h]iae portus 'portus malignos' dixit sive quia saxosi sunt, sive quia illic Terentius perisse dicitur.

653. Summa timent ne illorum montium summitati possit navis inlidi.

Credit iam digna p. C. hoc est: aestimat haec facta esse discrimina, ut in his mereatur Caesaris perisse fortuna;

21. 23 (quia . . . dicitur).

1 eriguntúr *Oud.* erigitur *W' G'* || 2 ut . . . 3 aperit *exh. W* || 2 Vergilius] *Aen. I 107* || 4 residet *G'* || 6 qua *U* || 7 eos *P* || 13 verti *W' V* || 18 humilemque ut *U* | Virgilius] *Aen. III 522. 523* | 'humilem *U* || 19 Humilem *om. U* | humilem talem vadis *W* | vadis] tale si cadis *U* || 21 calabre *P* || 22 portus *om. W'* || 24 summitate *G'A* summa *W'* summae *Oud.* || 25 elidi *G'A* ilidi *Apr* || 26 fata *G'* || 27 in *om. W'*

id est: tantum hoc esse periculum, quod digne periculitentur fata maiora, credit Caesar. Ideo factum.

656. Petiere aggressi sunt.

657. Bellisque n. ut illic potius occumbant.

659. Abruperit a. id est meos.

WG' 660. Sat magna peregi ut Virgilius 'urbem praeclaram statui, mea moenia v. u. virum'.

W'G' 661. Arctoas d. g. Galliam dicit.

662. Magnum mihi r. s. id est superavi etiam Pompeium et factus est merito post me secundus.

663. Iussa plebe tuli id est fasces tuli negatos mihi per bella a plebe iussa, id est quae iusserit mihi. Decem enim annis in bello Galliae occupatus fui.

665. Nesciet hoc quisquam sensus et ordo hic est: nesciet quisquam me privatum mori nisi tu, Fortuna, quae sola scis, quid desiderem. Nam affectabat [ad] regnum. Sive ideo privatum mori dixit, quia solus sine exercitu periturus est. Hoc ergo ait: quamvis honorum plenus et consul moriar atque dictator, tu tamen scis sola, Fortuna, me privatum mori, quae nosti, quid optaverim, id est regnum.

Nisi tu o Fortuna.

W' 666. Quamvis penus honorum *διὰ μέσου.*

W'G' 671. Dum metuar semper nam si corpus fuerit eius eiectum, agnoscetur mortuus et desinet iam timeri. Si in fluctibus fuerit, timebitur ab omnibus, dum credit unus quisque adesse venturum.

---

1 (quod ... maiora). 8. 14—15 (Fortuna). 16 (Nam ... regnum).

1 id *G'*] hic *W'V* | quod digne periculitentur *Co.*] quo digne periculū *G'* quod ignē periculū *W' (sscr in W) om. V* || 2 factum *G'*] fatum *W'* || 4 acumbant *P* || 6 Stat *W* | Sat ... Virgilius *om. G'* | Virgilius] *Aen. IV 655. 656* || 7 u. virum *om. G'* || 8 dicit *om. U* || 11 Iussa ... tuli] id est *G om. P* | negatos mihi] Negatos · *ut lemma G* Negatos · m · *ut lemma P* || 12 quae *W'V* quia *G'* || 16 ad *om. G' Co.* || 19 et dictator *UAR'V* | ut tamen *W'* || 23 ΔΙΑΔΛΕϹΟΥ *W om. U* || 25 agnoscitur *P* || 27 se esse *G'*

672. Decumus id est magnus, qui decies crevit et sic erexit navem.

674. Aggere deiecit p. id est fluctuum cumulo.

675. Scruposis asperis, ut Virgilius 'scrupea tuta lacu'.

676. Inposuit terrae rursus ad Epirum delatus est, unde superius navigarat..

677. Fortunamque suam id est cum attigit terram, rediere ad eum et dignitas et potestas; hoc est: rursus factus est imperator.

678. Sed non tam r. C. iam luce p. id est non eos modo sic revertens fefellit, quem admodum, cum abierit. Nunc enim propinqua iam luce conspectus est.

680. Circumfusa duci ordo: circumfusa turba flevit et suorum gemitus duci incessit non ingratis querelis; nam gratum erat Caesari, ut quererentur hunc milites recessisse.

682. Quo te dure verba omnium militum.

683. Viles animas ipsos nos viles animas.

686. Pendeat ut Cicero 'ex unius tua vita pendere omnium?'

Caput quo extincto necesse est, ut omnia membra moriantur.

687. Saevitia est voluisse mori tot enim populos decepturus es, ut ait Cicero, cum idem Caesar satis vixisse diceret 'sed tum id audirem, si tibi soli viveres aut etiam si tibi soli natus esses'.

688. Emeruit comitum nemo fuit de comitibus tuis, qui mereretur, ut crederes eum tibi superstitem esse non posse, id est quem tibi ad mortem socium duceres bene de eodem sentiendo.

1 (magnus). 6. 13—14 (incessit). 18—19. 20—21. 24 (sed)—25.

1 sic *om. G* ‖ 2 navim *UG* ‖ 4 ut . . . lacu *om. UAR'* | Virg.] *Aen. VI 238* | tua *G'* ‖ 5 rursus *om. G'* ‖ 6 navigabat *U* ‖ 7 Fortunaque *W* | redire *G'* ‖ 10 id est] Quod *G* ‖ 12 iam *om. W* ‖ 13 Circumfusa duci ordo *in marg. W ab alt m.* ‖ 14 ingessit *G'AR'V* | querelis sed gratis. Nam *G'* ‖ 15 hinc *U* ‖ 17 *nil nisi* s. ipsos *U* ‖ 18 Cicero] *or. pro Marc. 7, 22* | tua *om. G'* ‖ 19 omnia *codd.* ‖ 23 Cicero] *or. pro Marc. 8, 25 cf. II 383* ‖ 25 solus *W'P*

691. Haec fuit Hesperiae hoc est: ideo tu ipse ad Italiam ire maluisti, quia putabas in tali tempestate aliquem mittere esse crudele.

693. Prona in mortem vergentia.

694. Praecipitare solet sensus hic est: cum homines ad casus dubios et ad pericula praecipitare solet adversa fortuna, te in haec praecipitavit sola felicitas; id est alii ideo volunt perire, quia miseri sunt, tu ideo, quia felix es.

W′ 695. Permisisse m. id est ipsum te tantum.

WAR′ Quid n. l. hoc est: quid tantum numina fatigas, dum vis probare, quam felix sis.

W′G′ 696. Sufficit ad fatum ⟨b.⟩ favor iste laborque id est satis nobis probavit fortuna, qui bellorum civilium futurus sit exitus, cum te a tanto periculo liberavit.

W′ 697. Quo te n. id est labore vel favore.

W′G′ 698. Usus placuere deum hoc est: sic uteris diis tuis?

W 699. Non et nec.

W′G′ Sed felix naufragus hoc amplius credidisti, si felix esses naufragus, quam si rector orbis et dominus.

701. Oppressit cum sole dies silere fecit.

704. Ut videre duces de Antonio dicit et reliquis, quos in Italia exercitus parti praefecerat Caesar; ideo dixit ‘Hesperios’.

705. Fracturum pelagus qui maria mitigaret.

W′P 706. Moderamine dextrae [qui maria mitigaret].

W′G′ 707. Permixtas iunctas.

708. Ut terrestre coit id est coniunctis puppibus; ita omnes simul erant, quasi per terram venirent. Hoc aliter posuit Virgilius ‘latet sub classibus aequor’.

1—3.

1 Hoc *WG om. U* ‖ 4 in mortem *om. U* ‖ 5 sensus hic est *om. G′* ‖ 6 periculum *W′* ‖ 7 hoc *U* | id est *om. W′* ‖ 8 quia . . . es *om. P* | es *om. G* ‖ 9 i. te ipsum *U* ‖ 12 Summam factum favo|ris te labor *W* ‖ 15 vel favore *om. U* ‖ 20 silere illos fecit *G′* ‖ 22 praefecerit *WP* ‖ 26 iuncturas *U* ‖ 27 coniuctis *W* ‖ 28 simul omnes *UV* | irent *UV* ‖ 29 posuit *om. U* | Virgilius] *Aen. IV 582* | casibus *U*

710. EXCUSSIT separavit.

713. CASU bene 'casu', non enim novere rationem.

701. FESSUMQVE T. ordo: et fessum pelagus composuit tumentes undas patientibus ventis. W

713. MONSTRANTE FIGURAS id est litterarum, quas volatus sui ordine faciunt. W'G'

717. VIOLENTIOR AER ventus.

719. LITORA LISSI Lissus portus Epiri; hunc tenere cupientes praetergressi sunt vento non sinente.

720. NIMPHEUM portum Epiri dicit. W'P

NUDAS expositas.

721. IAM PORTUM FECERAT AUSTER hic portus aquilone flante turbatur, placidus fit austro. Auster ergo boreae succedens, qui est aquilo, hunc fecerat portum, id est ut tutus esset et placidus, cum ingrederetur classis Antonii. W'G'

727. OCCULERE id est decrevit. WG'

DOMINATUR IN AEQUAS id est in eas mentes, quae sunt aequae. W'G'

730. FORTUNAE QUO MUNDUS ERAT hoc est: in civili bello, sub quo erat mundus, stare nolebas.

731. CONIUNX SOLA FUIT propter hanc detractabat bella civilia. Ergo in uxore tantum tua Romana fata pendebant, ut civilia bella non essent.

IAM VERBA PARATAM paratus, quid uxori suaderet, sermone deficitur. WG'

732. BLANDAEQUE IUVAT ordo: et blandae morae iuvat indulgere trahentem ventura, id est quae futura sunt differentem. W'G

733. ET TEMPUS SUBDUCERE F. id est iuvat, scilicet ut esset diutius cum uxore quam fata permittunt.

737. UMENTIS MIRATA G. flebat scilicet Magnus.

---

7. 16. 26—28.

5 quas] scilicet quas *U* || 8 est portus *U* || 10 nimpħeū *W* || 12 Portum iam *W* || 13 ergo *om.* *UV* || 21 bella civilia *W* || 24 paratus *om.* *G'* || 25 destituitur *G'* || 29 Et *exh.* *W'* || 29 et 31 scilicet *om.* *U*

737. Percussaque ceco nescit enim, quae causa sit lacrimis, sive 'caecum vulnus' dixit, cum timore animus vulneratur.

WG' 740. Leto sed tempore coniunx id est dulcior.

W'G' 741. Venit mesta dies 'nimium', si instantia fata consideres, 'parum', si vitae intuearis affectum.

742. Iam totus 'totus', quia venit Antonius.

745. Iam mihi id est sine ratione me rogas; ego enim ipse a me iam impetrare non potui, ut tenerem; hoc dicit: propositum suum non posse convelli.

Non longos a me p. r id est non diu aberimus a nobis.

747. Summa cadunt id est ego.

749. Si spectare potes deceptus, inquit, sum, qui te amavi ut circa me piam, si tu potes videre bella civilia; nam innocens non es, si desideras interesse.

752. Surrexisse sinu hoc est pudet.

753. Nullo t. committere d. erubesco, inquit, sic ad bella civilia descendere, ut non ante factus sim tristis damni alicuius incursu, id est non decet ad civile proelium aliquem venire gaudentem.

755. Rege late in Lesbo scilicet.

Positamque procul ut longius te positam adversa mea fortuna non opprimat.

757. Impulerint a. everterint et deiecerint.

Pars optima Magni id est tu, quae uxor es Magni.

759. Quo fugisse v. hoc est: ubi tu manebis.

760. Attonito c. p. s. magna enim quae sunt, sustineri mente non possunt.

761. Perferre q. id est vix potuit querelas suas sermone perferre, hoc est prosequi.

1—2 (lacrimis). 7.

1 enim *om.* *W* ‖ 5 nimium] n. *P* *om.* *UG* ‖ 6 parum erant uearis *W'* | parum *om.* *G'* | effectum *W* ‖ 7 totus *exh.* *G'* ‖ 9 dixit *G'* ‖ 14 me sis. id est tu potes *G'* | potest *U* ‖ 15 nam *om.* *G'* | si . . . interesse *om.* *G'* ‖ 17 T. *exh.* *G'* ‖ 22 ut *om.* *W'* | posita *W'* ‖ 26 tum *W* | ubitumani *U* ‖ 27 sustinere *P* ‖ 30 perferri *U* proferre *GR'* -ri *A*

762. Superisque et de superis.

763. Non rumpit f. a. id est separamur a nobis, cum adhuc ambo vivamus.

764. Sed s. frequenti hoc est: quod vulgo fit et quod ignobilibus contingit: repudio a te recedo.

767. Placemus s. id est Caesarem placemus repudio nostro, quod post eius filiam habes alteram coniugem.

Sic esto legitur et tibi. W

769. Non olim c. p. a. v. hoc est: ex quo in coniugii iura pervenimus; est ergo confirmatio: nonne olim convenimus? W'G'

771. Absentem p. c. nam ego pereo absens, cum tu perieris.

772. Sors tibi cum facias sensus hic est: videtur haec tibi sors esse secura, ut sine te sim, cum vota mea perire nunc facias? Nam cum ego semper optaverim te esse coniugem et aut ante eum aut cum eo perire, tu facis, ut cum mala aequo animo non potuero sustinere, post te moriar, quae superstes esse non debeo.

774. Feriat dum mesta remotas certe, inquit, dum ad me tam procul remotam cladis tuae pervenerit fama, victura sum.

776. Adde quod a. f. id est quod me hac re adsuescis, ut fata valeam sustinere, cum coeperint nos separare; ergo 'assuescis' accipimus [id est] his assuefacis fatis.

777. Crudelis me ferre doces ut abesse et sine te esse consuescam.

778. Posse pati timeo timeo, si credis me posse hoc aequo animo sustinere, ut tibi supervivam, cum tu hoc ferre me doces.

---

1 et *exh.* *W* || 4 S.] forte *W* *om.* *U* || 5 repudio a te recedo *om.* *G'* || 8 ⟨est⟩ t (*leg.* vel) esto *U* || 10 confirmatione *W'* | n̄ ne pli *W* n̄ne c̄ veniemus *U* || 14 Sors esse secura. c. f. *G'* | hoc *U* || 16 nunc perire *UDV* || 17 te esse coni.] esse cum coniuge *G'AD* | periit *G'* || 18 potuero *W* || 20 inquo *U* || 23 A.] assuetis *W* | quod in hac *W'* | adsuescis *R'* ad(as-)suescit *W'G'* || 24 coeperimus *G'AR'* || 25 his . . . fatis *P*] his assues////*G* his fatis *W'* || 29 cum hoc tu *UV*

778. QUOD SI SUNT VOTA D. Q. A. hoc est: sin autem vota mea a numinibus audiuntur et tu victoriam fueris consecutus, ego, tua uxor, postrema hoc sum cognitura, quam primam decebat audire.

DEISQUE [EGO] AUDIOR 'et a diis audior' accipimus.

780. SOLLICITAM RUPES deserta scilicet montium, quippe in exilio constitutam.

781. TAM LAETA TIMEBO id est timebo, ne hostilis sit navis, nesciens eam tuam adferre victoriam.

783. A CAESARE POSSIM etiam si te victorem audiero, timere non desinam; sola enim et deserta capi possum a Caesare, etiam cum victus aufugerit.

785. NOMINIS EXILIO id est incipiet Lesbos omnibus esse comperta, cum illic audient exulasse Corneliam.

786. QUIS MITILENEAS ipsius Lesbi, ubi est Mitylene.

788. TUTIUS ARMA F. si victa arma nihil tibi relinquent tutius praeter fugam.

790. LITORIBUS QUERERE M. hoc ait: cum fugere volueris, noli illo venire, ubi ego sum, sed alias pete terras. Omnes enim putantes, quod ad me veneris, illic, ubi ego sum, te requirent; tu interim sic evades.

791. TORMENTAQUE NULLA id est poenam, quam patitur, quod recessura est, differre iam non vult.

WG' 793. SUSTINET id est tenere.

NON COLLA TENERE id est sustinet.

W'G' 797. NULLA FUIT TAM MESTA DIES scilicet Corneliae et Pompeio.

---

2 nubibus *U* | fueris . . . 4 primam *om.* *W'* || 4 primam *Oud.* primum *codd.* | dicebat *W'* || 5 DEISQVE . . . diis] dehis quae (debis qua *U*) ego audior et a diis *W'* De his quae ergo audio et audis et *G'* || 6 desertam *G'* || 8 timeo *UV* || 9 tuam] tum *G'* || 12 aufugeret *P* || 14 illi *G* || 19 ibi *U* || 23 $\overset{qd}{\text{que}}$ *G*

799. LABITUR INFELIX dolor expressus est feminarum, quo corruunt et labuntur, ut Virgilius

'illam incendentem luctus Ideus et Actor
Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli
corripiunt interque manus sub tecta reponunt'.

Item alibi 'suscipiunt famulae conlapsaque membra marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt'.

802. PATRIAM PORTUSQUE RELIQUIT sensus hic est: non sic discessit de Italia quem admodum de Epiro; hoc est: cum tanto dolore.

803. PREMERENT legitur et tremerent et fugerent.

805. POMPEIUMQUE F. hoc est: qui eam iussit expelli; hoc iuxta Virgilium dictum est 'nos patriam fugimus'.

809. DECEPTIS dum Pompeium se credit amplecti.

811. VIRENTE sic; et urgente. W

TACITAS tectas. W

813. SERVATUR PARS ILLA THORI deest tamen. W'

814. TAM et tum.

815. MAGNUM QUAE REDDERET H. mox enim ad eam venturus est fugiens. W'G'

---

1 expressus est dolor *UV* ‖ 2 quod *W'* | Virgilius] *Aen. IX 500—502* ‖ 3 illam . . . 5 famulae *om. U* | incedentem *G* incẹdẹntem *P* ‖ 4 monitu . . . 5 reponunt *om. G'* ‖ 6 alibi] *Aen. IV 391. 392* ‖ 8 Patria *G* ‖ 11 et fugerent *om. U* ‖ 13 Virgilium] *buc. 1, 4* ‖ 15 sice turgente *W* ‖ 16 ⟨Tectas⟩ vel tacitas *UPR* vel tacitas et tactas *G* ‖ 19 reddiderit *W om. cett.*
FINITẸ ADNOTATIONES LIBRI QVINTI · INCIPIT LIBER SEXTVS *W* · M · ANNEI · LVCANI · BELLICIVILIS · LIBER · V · EXPLICIT · INCIPIT · ARGVMENTVM LIBRI SEXTI · *E*

UE

ARGUMENTUM LIBRI VI.

Dyrrachii situm, pestilentia vexatum Pompei exercitum, fame Caesaris. Opus quod Caesar per ingens spatium ad includendum Pompeium duxerat, expugnatum a Pompeio. Scaevae centurionis a parte Caesaris nobilem pugnam. Omissam a Pompeio in plenum vincendi occasionem et melius visum persequi Caesarem quam Romam reverti. Descriptionem Thessaliae et fluminum, quae ibi oriuntur, rerumque, quae ibi natae sint, necromantiam factam a Sexto Pompeio de belli eventu.

W'G' 1. PUGNAE IAM MENTE P. id est cum voluntate pugnandi.

3. PARQUE SUUM V. D. Pompeium et Caesarem.

4. MENIA G. S. id est ne a civili bello impediretur his actibus. MARTEMQUE SECUNDUM hoc est: non vult sibi fata alias praestare victorias, quae sibi a fortuna imputentur, sed solum vult superare Pompeium.

6. PETIT OMNIBUS HORAM qua inter se confligant.

7. PLACET ALEA FATI in ludo aleae unus vincitur; sic in bello hoc Caesar expectat a fatis, id est quemcumque casum.

9. ET SIGNA MINANTIA P. id est explicuit.

10. LATIAE SE DE[E]SSE RUINAE hoc est: probat se paratum semper, ut evertat Italiam, dum civilia bella cupit. IN PUGNAM GENERUM id est Pompeium.

22.

---

1 EXPLIC̄ LIB̄ V'. INCIP̄ VI', ARCVMENTV̄ LIBRI SEP̄TMI *U* || 5 Sceuę *U* || 9 sint *E* s̄ *pr U* sint *U* | nichromantiā *U* | nicromantiam a sexto *E* || 10 euentu · EXPLICIT ARGVM̄ · INCIP̄ · LIBER · VI · *E* || 18 qui *G'* quia *U* | confligunt *G'* || 19 Placeat *W* | in ludo] incluso *U* || 23 sede esse lacie ruinae *U* se non deesse latiae ruinae *G'* || 24 vertat *W* | dum . . . cupit *om.* *W'*

14. Dyrrachii p. rapiendas t. a. a. hoc est: ad Dyrrachium ex Epiri regione proficiscitur.

15. Precepit ante cepit, ut Virgilius 'omnia praecepi atque animo mecum ante peregi'. WG'

Limite Magnus id est prior Pompeius ad Dyrrachium venit per iter navigans maris. W'G'

16. Taulantius nomen gentis in eadem regione.

17. Epyreaque m. s. Dyrrachii, quod est a Corinthiis constitutum, ut ait Virgilius 'Ep⟨h⟩yreiaque aera', id est Corinthia.

18. Vel solis etiam solis. WER'

20. Humanusque labor id est non tuetur. WG

Facilis licet ardua tollat quia humanus labor facile cedit et vincitur, etiamsi sunt magna, quae fecerit, ut Cicero 'nihil est enim opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas'. W'G'

23. Profundo ⟨u.⟩ praecipiti alto mari.

25. Exiguo debet quod non est i. c. nam esset insula, nisi haberet angustum collem, qui eam continuae iungeret terrae.

26. Sustentant moenia cautes quae semper timentur a navibus.

30. Diffusum vult Pompeianos in illa regione dispersos vallo circumcludere nescientes.

31. Procul longe.

32. Metatur terras o. ut tantum cingat aggere, quantum potest oculis intueri.

---

3 Virgilius] *Aen. VI 105* | p̄cipitat · q. *G'* precepitq; *W* || 6 venit . . . maris] exepyri regione proficiscitur *U* | per iter] pariter *W* || 7 tam lantis vel tauilantius *W* || 8 Pirrea *G* Pyrrea *P* | corinthis *W'P* || 9 ut . . . 10 Corinthia *exh. W* | Virgilius] *ge. II 464* || 13 qui *W'* | labor non facile *G'* || 14 sint *G'AR'* || 15 Cicero] *pro Marc. 4, 11* | enim *om. W'G* | et] aut *Cic.* | manus *W* | non aliquando *Cic.* || 17 Id est alt; p̄ cipiti mari *U* | *nil nisi* p̄ cipiti *G'* || 26 tanto *W'* | cingat *P* cingant *G* iungat *UV* uigilat *W* || 27 potes *G'*

34. Avulsaque saxa metallis hic fuisse lapidicinas debemus accipere.

WG' 36. Impellere s. id est queat.

37. Quod non ulla queat id est impellere.

W'G' 38. Planumque per ardua C. id est ea, quae sunt ardua, consternit, ut opus per plana ducatur.

W'R' 39. Pandit aperit, extendit.

W'G' 35. Direptaque m. t. id est aedificia diruit, ut saxa portet ad muros.

W'G' 41. Tesqua legitur et tecta. Tesqua loca inculta.

W'AR' 42. Indagine claudit verbum venatorum, ut Virgilius 'saltusque indagine cingunt'.

W'G' 43. Non desunt pabula Magno tantum, inquit, spatii vallo Caesar ambiit, ut nihil Pompeio deesset nec se sentiret inclusum abundans clausus omnibus rebus.

44. Circumdatus a. m. quod facere non solent clausi.

45. Flumina tot id est multi fontes et flumina de his fossis orta nec egressa ultra fossas impetum sui cursus longinquitate spatii perdiderunt.

46. Illic mersa suos ordo: cursus suos fatigant illic orta et illic mersa.

47. Defessus Caesar m. intermanet a. hoc est: Caesar ut opus videat omne, totum non potest circuire, sed in medio manet. Bene autem addidit 'defessus', ut constet eum et ambulasse plurimum et pervenire non potuisse.

48. Nunc vetus Iliacos comparat muros et Troianorum (Iliacos) et Parthorum (Babylonios) cum Caesaris opere. Attollat laudet.

4.

---

7 aperit *om.* *U* || 10 sunt loca inoculta *U* | inculta · sed et amoena, sicut Tempe, quae simul loca Thessaliae sunt *G'* || 11 venatoris *W* | Virgilius] *Aen. IV 121* || 14 ballo *Wpr* | ambigit *U* ambit *G'AR'* || 16 non solent facere *UV* || 18 orta fossis *G* || 22 hoc] Ac hoc *G'* || 24 addit *U* || 25 eam *U* | supervenire *U* | posse *W'* || 26 et *om.* *U* || 27 iliacum *U*

49. ADSCRIBATQUE DEIS Neptuno et Apollini, qui eos fecisse dicuntur, ut Virgilius 'Neptunia Troia'.

FRAGILI CIRCUMDATA T. cocto lapide, quem ordinarium dicunt.

50. REFUGI quia post se sagittas in bello iaciunt fugientes.

52. ASSYRIIS QUANTUM P. T. E. ad ἔνφασιν; tantum dicunt Caesarem inclusisse aggere, quantum Tigris et Orontes ambiunt et quantum sufficit Assyriis, ut tam magnum esse dicant spatium, ut amplius nolint.

54. RAPTUM acceleratum.

CLAUSIT OPUS tantum opus clausit, quod Caesar extruxit.

55. AUT IUNGERE SESTON ABIDO quod fecit Xerxes, ut alibi ⟨II 674⟩ ait 'Sestonque admovit Abydo'. WG

57. AUT PELOPIS L. EPHIREN hoc est Corinthum a Peloponneso separare, id est Isthmon intercidere. W'G'

56. PHRIXEUM ELIDERE PONTUM Hellespontum dicit, in quem Helle cecidit, cuius frater est Frixus. Hoc mare inmissa terra sublatum est, quod ait Salustius 'a privatis conpluribus subversos montes, maria constrata esse.'

60. COIT AREA BELLI spatium illud, quod Caesar inclusit, belli aream nominavit.

62. LIBYCAEQUE TENENTUR propter Catonem et Scipionem, qui in his occisi sunt locis.

---

1 (Neptuno et Apollini).

2 ut . . . Troia *om. UG'* | Virgilius] *Aen. II 625* || 3 coito *U* || 5 iaciant *U* || 7 a · de NΦACIN *P* ad enfasin *G om. U* | ἔνφασιν *om. W* || 8 aggere *om. U* | quantum *bis in W* | orantes *U* || 9 Assyriis . . . ut] in *W'* magna dicat eec *U* || 10 dicat *W* || 12 tantum . . . clausit *om. U* || 13 xerses *G'* || 15 L. *G'* D. *W om U* || 16 peloponenso *G* pelo ponense *P* pelo pone *W'* | Isthmon] thimon *UG'* thibon *W* || 17 Hellespontiam *U* || 18 quem *U* quo *W* quod *G'* | elles *G'* heles *W* hellas *U* | occidit *G* || 19 im m̄ sa *U* | Salustius] *Cat. 13, 1* || 20 constructa *W'P* || 23 Lybiae *P non liq. G om. U*

63. Aestuat angusta rabies angusta τῶν πρός τι positum, id est pro orbis magnitudine haec videbatur angusta.

64. Structura fefellit hoc est: celavit, ut fieri ista nesciret.

65. Velut⟨i⟩ mediae comparatio.

67. Rutupina promunctorium est Britanniae.

68. Caledonios Caledonia gens Britannorum est in mediterraneo constituta.

WG′ 69. Septas videt a. t. id est Pompeius.

W′G′ 70. Deducens agmina Petra bene autem ait 'tuta'; hic enim collis est, ut ait supra ⟨III 16⟩ 'quemque vocat collem Taulantius incola Petram'.

72. Et effuso c. hoc ait: Caesarem claudentem se ut possit expellere, hoc facit: milites suos diversa et longiora loca imperat occupare, ut Caesarem ab illo aggere excludat suo milite ulterius exeunte[, id est suo].

74. Parva Myceneae quae apud Mycenas colitur propter Orestem, qui de Mycenis fuit; nam eam in Italiam ipse vexit.

Sacrata Dianae haec Dianae est consecrata, ut ait Virgilius 'quem mater Aricia misit' et mox ait 'pinguis ubi et placabilis ara Dianae'.

75. Distat ab excelsa id est inclusus tantum loci occupavit, ut sedecim milia teneret. Tantum enim Aricia distat a Roma.

Nemoralis nemoribus occupata.

76. Quoque modo in quantum.

---

1 τωντιροcτι *P* τωνροcικοẏμ *G* | *post v. 63* τŏντροcικογμ *exh. P* ⟨rabies⟩ pro sperosicū *leg. in D* || 7 Caledonius *W* | brittanniorum *W* brutanniorum *U* || 8 medio terraneo *U* || 10 tutam *W* tutum *U* || 11 thaumantius *U* || 14 hoc facit *om. G′A* || 15 imperat *om. W′* || 16 *pr* suo *secl. Keller* || 17 Mycenea *W* m. *G′ om. U* | colitur *om. W* | colitur (oclitur *P*) micenae propter *G′* || 18 ipse *om. UV* || 20 secrata *W* | est *om. W* || 21 Virgilius] *Aen. VII 762* | raricia *G′* | et . . . 22 Dianae *om. G′* | pinguis] *Aen. VII 764* || 22 ubi *om. U* | et *om. W* || 23 inclusas *G′* || 26 nemoralii *W* memoriae *U*

77. Si nusquam torqueat a. a Roma dicit ad Ostiam civitatem; et ipsa enim tantum abesset, nisi Tiberis torqueretur.

79. Et fit sepe nefas dum exercentur armis, cives proximos interficiunt.

81. Pompeium exhaustae causa, cur non dimicet Magnus: quia pabula cuncta perierunt.

Prebenda ad gramina t. id est cura abstrahit.

84. Defessus legitur et diffusus. W'

86. Ore novas p. non enim delectatur aridis culmis, W'G' qui in praesepiis abundant.

Moribundus moriens, ut Virgilius 'cui me moribundam deseris, hospes?'

87. Abrumpit p. g. hoc est: non perfert integros cursus.

88. Digerit a. absumit.

90. Nessis insula iuxta Campaniam sulphureos vapores spirans.

91. Stigium aera id est pestiferum, ut ait Virgilius 'nec sevior ulla pestis et ira deum Stigiis se⟨se⟩ extulit undis'.

Nebulosis nebula completis. WG'

92. Letiferi sive quod ipse ferat mortem, sive quod W'G' aliis afferat, cum evomit morbos.

Typhonis anhelant in ipsa insula Typhon, unus de Gigantibus, premitur.

93. Inde labant populi labuntur et pereunt.

Caeloque paratior unda id est quod facilius aqua ad se morbi contagionem trahat quam aer. Est ergo paratior quam caelum.

---

6 exhausta *W* e. *G' om. U* || 8 cur *codd.* cura *Oud.* || 9 vel diffuso *U* || 10 delectantur *U* delectabatur *G'AR'* delectabuntur *W* | culminibus *W'* || 11 (h)abundabant *PAG* || 12 ut . . . 13 hospes *om. UG'* | Virgilius] *Aen. IV 323* || 16 sulphureos vapores spirans *exh. G'AR'* || 18 ut . . . 20 undis *om. UG'* || 18 Virgilius] *Aen. III 214. 215* || 22 ipsa *U* || 24 insula] enim insula *U* | typhon n' *U* | typho *P* tipho *G* | ex *U* || 26 labuntur et] i. *U* || 28 morbus *W*

94. OMNE PATI VIRUS DURAVIT VISCERA C. id est hominum membra constrinxit.

WG' 96. ET SACRO F. M. nomen est morbi, ut ait Virgilius 'contactos artus sacer ignis edebat'.

W'G' 99. NEC MEDII DIRIMUNT M. id est nullum intervallum est aegritudinis inter vitam et mortem, sed ut coeperint languere, mox pereunt.

100. CADENTUM morientium.

101. INCONDITA non sepulta.

103. SPARGERE FUNUS ERAT civibus, inquit, occisis hoc pro sepultura dabant, ut eos extra tentoria abicerent. Ut enim tot humarent, non sufficiebant. Ex his ergo cadaveribus lues maior increvit.

104. PULSUSQUE AQUILONIBUS AER ut Salustius 'quia prominens aquilonibus minus gravescit quam cetera'. Sedavit ergo ex parte morbos vicinum mare et flatus aquilonis.

105. PEREGRINA MESSE advecticia frumenta dicit; nam quae ibi nata sunt, ea pestis infecerat.

WG' CARINAE id est hos minuere labores.

W'G' 106. SPATIOSIS COLLIBUS H. de Caesarianis incipit dicere, quod famem patiuntur, cum ipsi liberi sint extra aggerem constituti.

W'P 109. TURGENTIBUS legitur et surgentibus.

W'G' 110. CERNIT id est Caesar.

111. IN PECUDUM CECIDISSE C. ut herbis pascerentur in terram proni.

112. LE[c]TUMQUE MINANTES venena gestantes.

19.

2 confixit *W'* || 3 ut . . . 4 edebat *om. G'* | Virgilius] *ge. III 566* || 6 coęperit *G'* || 8 CADENTUM] dentium *W om. cett.* || 11 dabant] erat *U* | territoria *G* | eicerent *U* || 12 Ut . . . sufficiebant *om. W'* | sufficiebant *AR'* sufficerent *G'* || 13 maior *om. G'* || 14 ut] ut ait *U* | Salustius] *Maur. III 78* || 15 aquilo *W'* | gravascit *G'* | Sedavit] Sed avit *G* se davit *P* sed abegit *W'* || 17 adventitia *P* || 18 ea *om. UV* | corrupit U_2 *V* || 19 minuere] iniere *G'* || 20 H.] hoc *G* h̄ *P* | incipit dicere] dicit *U* || 21 intra *G'* || 26 terram *V* terra *W' G'* || 27 portantes *U*

114. QUAE FRANGERE MORSU subaudimus 'haec miles diripiens'.

117. OBSIDET HOSTEM id est Pompeianum militem frugibus omnibus abundantem.

121. ET RAPTUM FURTO s. ut latenter exeat, id est Caesare nesciente.

122. LATIS EXIRE RUINIS id est palam et dimicans.

124. ET QUA VIA CAEDE PARANDA EST id est hac quaerit WG' exire.

126. QUA MINICI CASTELLA v. per illam, inquid, partem W'G' Pompeius egressus est, qua castellum Minici constitutum est.

CONFRAGA confragosa.

128. MOENIA illum aggerem dixit, quem extruxit miles Caesaris * * * obsidebat.

129. LACIAE FULSERE v. 'volucres' accipimus aquilas, quae feruntur in pilis.

130. NEQUID VICTORIA F. sensus hic est: ne Pompeius videretur vicisse per vulnera, Caesaris milites solo timore vincuntur; hoc est: non restiterunt.

132. QUOD SOLUM VALUIT V. prima virtus est acceptum locum tueri, secunda eundem locum etiam corpore possidere prostrato, ut ait Salustius milites laudans 'quem quisque locum vivus pugnando ceperat, eum amissa anima corpore tegebat'. Isti ergo hoc solum fortiter fecerunt, quod in eodem loco ceciderunt, ubi stare debuerant; hoc est, quod fugati non sunt.

IACUERE PEREMPTI Caesaris milites.

134. ET NIMBUS telorum densitatem nimbum appellavit.

---

1. 20 (hoc . . . restiterunt). 23 (Salustius) — 25 (tegebat).

---

4 omnibus *om. W'* || 7 et *om. G'R'* || 8 hac *om. W* || 10 inquit *G'* || 11 quia *P* || 18 sensus hic est *om. W'* || 23 prostratos *W* prostratus *G'* | Salustius] *Catil. 61, 2* | milites laudans *om. U* || 24 pugnandi *W'* | acceperat *U* || 26 eo *W'* || 28 milites cesaris *U* || 29 Nimbusque ferens *G* Nimbus · q. f. *P* | densitatem telorum *U* | nominat *U*

134. Peribat quippe deerant, qui vulnus exciperent, omnibus interemptis.

136. Lapsumque m. 'lapsum' id est ruinam.

139. Iam mundi iura patebant hoc est: pristinum imperium receperunt, ut regnarent in orbe toto, quod perdiderant nuper inclusi.

Patebant legitur et tenebant.

140. Nec Caesare toto id est si ipse cum suo adesset exercitu et hunc locum conaretur auferre, non posset.

WG' 141. Unus id est Sc⟨a⟩eva.

144. Scaeva v. nomen dicit, quis sit hic unus vir, cui nomen est Scaeva.

W'G' Castrorum in plebe m. miles gregarius militabat, ut ait Cicero 'meruisse [se] vero in eo bello, quod tum p⟨opulus⟩ R⟨omanus⟩', id est militasse; ante ergo gregarius centurio factus est in bello Gallico Scaeva.

146. Longo gerit ordine v. insigne centurionis.

WA'R' 148. Quam magnum virtus id est [et] qui nesciret crimen magnum esse, si quis in civili bello fortissimus probaretur.

W'G' 150. Tuta fugae cernit id est postquam videt eos deseruisse pugnam et fugae tuta captare.

153. Terga datis morti ut nec fuga sit profutura.

Cumulo vos de[e]sse virorum id est pleno numero vivorum deesse vos non pudet, sed quaeri inter sepulcra latentes et corpora mortuorum?

W'A 154. Interque c. quaeri non pudet?

W'G' 155. Pietate remota hoc est pietatem indignatione removete.

---

3 casum vel *(om. P)* ruinam *G'* || 6 nuper perdiderunt *G* | nuper perdiderant inclusae nuper *P* | inclusae *G* || 7 et tebant *W* || 8 si ipse] sub se *W'* || 11 quid *W* || 13 Sceva miles gregarii militis militabat *U* || 14 Cicero] *or. pro Muren. 5, 12* | se *exh. W'* | vero stipendia *Cic.* || 16 est *om. U* | Scaeva *om. U* || 18 et *exh. W* || 19 esse quis in civili bello fortissimus *W'* esse in civilibus armis ut fortis si quis *R'* esse in civilibus armis ut fortissimus *A* || 20 pro ost quam *W* | eos videt *U* || 23 D · *G'* || 24 sed . . . 25 mortuorum *om. G'*

158. ISTA DIES IERIT hoc est: non sine Pompei poena hic dies transigetur.

159. CAESARIS IN VULTU si praesens esset Caesar, cum ego me morti offero, felicius interirem; nunc enim in alia parte est.

TESTEM HUNC FORTUNA N. Caesarem. WG'

161. PECTORIS INPULSU hoc est: cum sponte itis in mortem, tela confringite. W'G'

INPULSU legitur et incursu. WD

IUGULIS id est vestris. W'G'

162. SONITUSQUE RUINAE pulvis, inquit, et sonitus deiecti aggeris eo usque pervenit, ubi Caesar est constitutus.

167. ATQUE AVIDI S. id est cupientes videre quid faciat.

169. AN PLUS QUAM MORTEM V. D. sensus hic est: multi iuvenes secuti Scaevam intellecturi tunc, an virtus, quae a multitudine et in locis teneretur adversis aliquid amplius posset praestare quam mortem, id est an et servare posset homines, cum et hostes essent plurimi et locus esset adversus.

ILLE RUENTI Scaeva.

172. TOTAEQUE VIRO DANT T. R. nam pro telis saxa contorsit de aggere dissipato.

173. HOSTI id est minatur. WG'

SEQUE IPSE MINATUR id est quod et se ipsum super ipsos praecipitet.

174. CONTRARIA P. hostilia. W'G'

176. AMPUTAT ENSE MANUS hostium ascendentium.

177. AC MALE DEFENSUM non defensum, quippe iam fragili, ut Virgilius 'et statio male fida carinis'. WG'

3 adesset *U* || 4 ego *om. G* | facilius *P* fa$\overset{ci}{\underline{ci}}$lius *G* || 7 cum *om. G'* | in *om. P* || 8 constringite *P* || 9 ⟨incursu⟩ vel inpulsu *AR* || 10 ventris *W'* || 11 sonitus qui deiecit aggeres *W'* || 18 et hostes essent] et hostes *W'* essent (esset *P*) hostes *G'* || 20 reverti *W om. cett.* || 21 Tutaeque *W* || 24 et *om. G'* | ipsum *om. W* || 28 *nil nisi* i. non *U* || 29 ut . . . carinis *om. G'* | Virgilius] *Aen. II 23* | stacio *cod.*

W'G' 181. ADMOVERE SOLO hoc est: postquam talis cadaverum cumulus excrevit, ut altitudine iunctus ad muros eosdem cum solo aequaret et sterneret.

W'G 182. SUPER desuper.

WG' 183. QUAM PER SUMMA RAPIT id est quem admodum rapit.

W'G' RAPIT scilicet saltus.

185. VINCIT QUEM RESPICIT H. hoc est: quacumque se contorquet, occidit inimicum.

WG' 186. NON ASPER S. M. 'asper' acutus, ut Virgilius 'inprovisum asp[e]ris veluti qui sentibus anguem'.

W'G' 187. FRANGIT NON V. H. sensus hic est: sic adsiduitate occidendi acies Scaevae mucronis hebetata est et coepit impetu percutientis adversos hostes frangere potius, quia obtunsa non poterat vulnerare. Et est ordo: mucro Scaevae frangit percussum hostem, non vulnerat.

WG' 189. ILLUM OMNIA TELA id est premunt.

190. NON LANCEA FELIX nulla non felix; quotienscumque, inquit, telum Scaeva contorsit, totiens vulneravit.

191. BELLUM id est totum exercitum, per quem est bellum.

192. ATQUE VIRUM id est Scaevam.

W'G' 195. IN SUMMIS id est intimis.

OSSIBUS HASTAS patefacta, inquit, vitalia ideo non effundebantur, quia hastae in ossibus fixae eadem exire prohibebant; non ergo obstabant membra vitalibus, ne exirent, quippe perfossa, sed sola tela, quae fixa ossibus adhaeserunt.

196. QUID NUNC VESANI ἀποστροφή poetae ad Pompei milites facta.

199. MURALIA quibus muri extruuntur, ut solidi sint, dum saxa gravia conlocantur.

WG' PONDERA SAXI id est obruant.

---

2 tumulus *WG'A* || 7 quocumque *U* quic. *G'* || 8 contorsit *U* || 9 ut . . . 10 anguem *exh.* *W* || 9 Virgilius] *Aen. II 379* || 11 Frangit s. m. (n. *G*) *G'* | si *W* || 13 adversus *G'* || hostis *WP* || 14 obtusa *G'* || 17 quociensque *W* || 20 Et *W om. cett.* 24 obstabunt *WG'* || 27 apostrofa *U* αποςτροφον *P* APOSTROPHON *R* apostrophon *GDV* Apostrofo:n *A*

200. FERRO et bello. W'AR'

BALISTAQUE hoc est: a bello et a limine portarum repellebat. W'G'

LIMINE legitur et limite. W

203. LEVAQUE VACASSE id est noluit se clipeo tegere, ut libera manu laeva etiam eadem dimicaret. W'G'

204. AUT CULPA VIXISSE nullum, inquit, vitavit periculum Scaeva, ne si evasisset, hoc crimen incurreret, ut videretur per ignaviam liberatus; hoc est, quod Didoni excusat Aeneas 'testor in occasu vestro nec tela nec ullas vitavisse vices Danaum'.

SUA id est veritus. W

205. SOLUS OBIT circumit, tamquam ipse his occurrat. WG'

IN PECTORE SILVAM 'silvam' hastarum multitudinem dixit, quae pectori eius adfixae sunt. W'AR'

206. IAM GRADIBUS F. id est gressu. WG'

ELIGIT HOSTEM ut scilicet pondere suo premens interficiat. W'G'

207. PELAGI MONSTRIS ipse elephas. W

208. SIC LIBICUS et Getulus.

209. SQUALENTI nigro. W'G'

211. CITRAQUE CRUOREM confixae ferae stant tela, quia viscera penitus latent, ad quae hasta non pervenit.

212. FACTA et iacta. WG'

217. NERVORUM VINCULA venas oculi dicit. W'G'

221. AM[M]ENTAVIT proprie dictum. WG'

223. IMPETIT id est petit; compositum pro simplici posuit.

224. PERDIDERAT VULTUM amisso uno oculo Scaeva. W'G'

226. VICTORUM Pompeianorum.

---

1 et] legitur et *A* vel *UR'* || 2 repellit *G'* || 4 limine fit et *W* || 8 nisi *U* | occurreret *U* || 10 testor] *Verg. Aen. II 432. 433* | vestro n. t. u. *G'* || 13 circuit *G'* || 15 quae . . . sunt *om. U* | dixit . . . sunt *om. AR'* || 17 scilicet ut cum *G'R'* | interficias *G'* || 20 ⟨Getulus⟩ *Al.* Sic lybicus *R'* || 22 stant · stante laquia *W* || 23 atquę *W* || 25 nervos oculi venas dicunt *U*

226. E[T] SANGUINE PARVO id est quam sunt e parvo sanguine effecta.

227. CONSPECTUM IN CAESARE VULNUS id est non sic exultarent Pompeiani, si vidissent ipsum Caesarem vulneratum, ut nunc gaudent, cum parvus Scaevae sanguis effusus est.

229. ET A VULTU P. V. R. ut in vultu humilis videretur.

230. PARCITE haec omnia simulate loquitur, ut Pompeianos decipiat.

CIVES quippe Romani.

232. NON EGET ipsa mors.

SED VULSIS P. T. sensus hic est: nihil adiuvat celeritatem mortis, si adhuc in me tela mittatis. Tanta enim iam infixa sunt, ut si me mori vultis, ipsa meo corpore vellenda sint quam alia ingerenda. Nam cum hastas coeperitis educere, mors sequetur.

234. HOC VESTRO P. D. ut adhuc viventem me videat imperator, id est Pompeius; et dicit, quem admodum profuturum sit.

235. CAESARIS EXEMPLUM P. in castris, inquit, me locate Pompei, ut aliis sociis meis non exemplo sim ad honestam mortem, sed ad Caesarem deserendum.

WG' 237. RECTO GLADIUM id est Scaevae.

238. PARITER L. amplexus est enim Scaevam, ut quasi captivum ferret in castris.

W'G' 240. INCALUIT V. Scaevae.

243. SUMMITTAT C. S. id est sua.

244. SEGNEMQUE AD F. P. deest me, qui mortem metuerem, ut vos timetis.

246. QUAM MIHI MORTIS AMOR id est ego magis amo mortem gloriosam quam vos Pompeium et causam senatus.

---

1 quam] qui iam *G* quia iam *P* | e] de *G* te *P* || 5 parvis *P* parvi *G* | sanguis *om. U* || 6 V.] n. *W om. cett.* || 9 o romane *U* || 11 P. T. *G'*] t. o. *W* | nil *G'* || 12 tela in me *U* || 13 fixa *U* ; vultis mori ipsa corpore meo sunt vellenda quam sint alia *U* || 14 sunt *W* || 15 sequeretur *U* || 16 me viventem me *U* || 19 inlocate *W* || 21 deferendum *G'* || 27 deest *W*] i. *U* s. *G'* | qui] i. ut *U* || 29 ergo *W*

248. Dedecus h. b. id est Caesar.

Crimenque r. adventu Caesaris magnam infamiam Pompeius evasit. Videtur enim nunc non solum Scaevam fugisse Magnus, sed exercitum Caesaris, qui cum eo venit.

250. Subducto qui M. r. nam postquam recesserunt Pompeiani, tu peristi.

Sanguine f. id est tuo.

256. Exornantque deos valde ornant, ut Cicero 'exornat ample magnificeque triclinium'. W'P

257. Armis S. t. id est exornant. WG'

258. Si tibi durus Hiber id est si adversus externos hostes ita fecisses. W'G'

Hiber Hiberus. WG'

259. Cantaber e. hoc est: si te fugisset aut Cantaber, qui habet arma exigua, aut Teutonus, qui longa, ut ait Virgilius, 'scutis protecti corpora longis'. W'G'

261. Templa potes quia triumphum non habent bella civilia.

Ululare t. clamare sollemnibus vocibus in triumpho.

262. Dominum virtute p. dominum urbi Romae, id est Caesarem tu fortiter pugnando quaesisti.

263. Nec magis ordo: nec magis quievit quam fluctus, qui inliditur scopulo, conquiescit.

265. Tollentibus commoventibus, ut Vergilius 'et tantas audetis tollere moles'. WG'

266. Aut latus deest 'cum': aut cum latus alti montis adest. W'R'

268. Castella profundo proxima mari. W'G

2 adventu enim *U* | adventum *G* || 4 Magnus *om. U* || 6 periisti *U* || 8 valde] vel de *P* | ut . . . 9 triclinium *exh. W* || 8 Cicero] *in Verr. act. II lib. IV 27, 62* || 13 hiber *G* || 14 fuisset *U* || 15 longauit virgilius *U* || 16 Virgilius] *Aen. VIII 662* || 17 bella civilia non habent *U* | *schol. v. 258. 259. 262 ab alt. m. in U* || 22 quiescit *UR'* || 24 ut . . . 25 moles *exh. W* || 24 Vergilius] *Aen. I 134* || 26 aut cum . . . 27 adest *exh. W*

W'G' 269. GEMINI M. R. equestri et pedestri proelio.

ARMAQUE LATE milites suos.

270. LAXAT TENTORIA at non tentoria distendit, sed milites, qui sunt intra tentoria. Per metonomiam dictum ab eo, quod continet, id quod continetur.

271. MUTANDAEQUE IUVAT et delectat eum castra mutare.

272. SUPER AGGERE T. ordo: super ripas excurrit tutas aggere.

W' 274. SI QUA sicubi, ut Virgilius 'si qua possent tectam aciem perrumpere'.

W'G' 276. TRANSIT id est Padus.

277. ILLOS TERRA F D. cum enim rivos suos intorserit et meatus, aliis adimit agros, aliis confert; adimit qua vadit, confert unde discedit.

WG' 279. QUAE PRODIDIT id est proelia.

W'G' 281. ET VETERIS quasi olim factae.

282. ACCENDIT P. I. L. id est ducem Caesarem.

283. ET VICTO CAESARE SOMNUS nam ita securi erant et remissi, tamquam Caesarem vicissent.

285. TORQUATO hic dux erat in Pompei castris.

RUIT INDE MINAX Caesar.

WG' QUI CESARIS ARMA Torquatus.

W'G' 286. QUAM MALO N. T. sensus hic est: tam celeriter Torquatus Caesaris agnovit adventum, quam celeriter tremente malo commoveri Circeam tempestatem nauta cognoscens procellae eius omnia vela subducit.

288. MURO BREVIORE RECEPIT supra ⟨269⟩ enim dixerat 'armaque late spargit'.

---

3 at *om. G'* || 4 in tentoriis *G'* | metonimiam *W* metom miam *U* metonimiam *P* || 5 id] id est *W'* | continuit *U* || 6 munandeque *W* *om. cett.* | Id est iuvat illum castra *U* | movere et mutare *P* || 8 aggere *UAR'* a(ggere) · c · *WG'* || 9 ut . . . 10 perrumpere *exh. W* || 9 Virgilius] *Aen. IX 512. 513* || 12 interserit *G'* || 13 agris *P* || 17 ducem] ducem et *G* ducem id est *AR'* || 20 Torquatus *G'* || 23 N.] nautae *W* || 25 commoveri *Keller* commovere *codd.* | circeam *G'* circium *W'* || 26 procellae *G'* procella *W'* *an* procellae causa ? || 27 enim *om. W* | dixerat enim *U*

289. Ut parva ut in minore circulo spissiores milites collocaret. WG'

291. Cum super desuper, id est a tergo. W'G'

293. Habitans in vallibus id est quicumque de hominibus ibi commanens. W'

294. Encelado spirante n. et 'notum horret' accipimus 'spirante Encelado' et 'spirantem noto horret Enceladum'. W'G'

295. Et torrens in c. d. A. sensus hic est: non sic habitans aliquis in Aet[h]naeis vallibus noto spirante horret Enceladum, nec sic ardens Aet[h]na per cavernas omnes resolutus decurrit in campos, quem admodum aut Pompeiani confluxerunt ad Caesaris milites opprimendos aut hi timuere venientes.

297. Ante aciem ut eum vicerit pulvis glomeratus ante aciem sive ut pulvis eum ante vicerit quam acies Pompei.

Caeci trepidus ut pulverem vidit, ab expugnatione cessavit et se convertit in fugam incurrens in hostes, quos a tergo Pompeius immiserat.

298. Hostibus occurrit f. qui a tergo instabant, qua in fugam versus erat Caesaris miles.

300. Usque vel in p. p. c. id est potuerant tanti occidi, ut nullus remaneret, qui resisteret, et iam pax inter civilia bella poneretur.

Usque vel in pacem etiam usque in pacem. WAR'

301. Dux tenuit g. Pompeius non permisit occidi. WG'

Rerum legitur et regum. WV

303. Si tibi sylla loco id est quia omnes occideret, dum nescit ignoscere. WG'

---

3 id . . tergo *om. G'* || 5 ibi *om. U* || 6 encelados spirantē *W'* Enceladum s. *G'* | horrectacipimus *W* | hor et *U* || 7 spirantem celado *W'* || 9 aethenae *U* ethnae *W* || 11 resoluta *W'* resolute *prU* | campis *G'* | quomodum *W* quo modo *U* || 13 hi *om. U* | aut intumuere *G'* || 15 eum *om. U* | ante *om. W* || 17 Cecidit *W'* || 18 hostem quem *UV* || 19 adergo *P* || 21 miles caesaris *UDV* || 27 ⟨legum⟩ vel rerum *G'* || 28 quam *W* | occidisset *G'*

W'G' 304. PRODEST TIBI S. T. dolet, inquit, mihi Lucano, o Caesar, quod magnitudo sceleris tui tibi prodest; nam cum ideo merearis occidi, quod adversum pium generum bella sumpsisti, ideo non occisus es, quia pius est, contra quem dimicas.

306. NON UTICAE L. C. id est non flesset postea, si tu nunc perisses; nam Cato ibi occiditur.

HISPANIA MUNDAE in hac enim civitate Caesar pugnavit postea contra Pompei filium.

WG' 307. ET INFANDO P. S. N. ipsius Pompei sanguine.

W'G' 308. NOBILIUS P. id est non gestasset Pompei cadaver Nilus, quod cadaver nobilius ipso rege Ptolom⟨a⟩eo erat.

WG' 309. NEC IUBA M. Iuba, rex Maurorum, Pompei socius fuit, qui victo Pompeio occisus est a Caesare in Africa. 'Nudum' ergo dixit inhumatum.

W'G' 310. PLACASSET S. F. nec placasset Scipio. Scipio enim Africanus fuit, qui vicit Hannibalem, ex cuius genere hic Scipio in Africa est interemptus.

311. SANCTO C. V. C. quasi vita Catonem perdiderit, non Cato vitam.

312. ULTIMUS ESSE D. si Pompeius Caesari non pepercisset

W'aR' 313. EXIRE evadere.

Wa 314. AVERSO NUMINE ubi non prospera sibi fortuna est.

WG' 315. LACERO lacerato.

W'G' 316. FUGASSET fugam ipse fecisset, id est Caesar.

318. HORTATU P. S. ATQUE H. C. cum enim Pompeius fugientem Caesarem semper insequi praepararet, temptaverunt ei milites sui persuadere, ut Romam potius contenderet.

22.

1 mihi inquit *UV* || 2 o *om. G'* | tibi *om. U* || 4 bellum *U* || 6 flesses *U* | tu] tunc *P om. U* || 7 occidit *G'* || 9 postea *om. U* || 13 socius] occisus *W* || 14 a *om. G'* | caesarem *P* || 16 nec placasset Scipio *om. U* || 21 ESSE D.] esset *W om. cett.* || 23 quia ibi prospera fortuna non fuit *a* || 25 ipse *om. U* || 26 HORTATU (*G'*)] ostentantur. p. s utq; he. *W* cum enim *W*] cum inquit *G'AR'V* cum decrevit *U* || 27 praepararet *om. U* || 28 ei *om. U* || 29 tenderet *P* tenderent *G*

320. EXEMPLO REDDAM P. Caesar enim supra cum exercitu ingressus est Romam. 'Caesaris' ergo 'exemplo' 'ut fecit Caesar' accipimus. WG'

321. NISI DIMISSO id est privatum. W'P

322. MOTU S⟨URGENTE⟩ vel urgente. W

Cum primum bella civilia commota sunt. W'AR'

324. DUM BELLA RELEGEM eam, inquit, usque in ultimam Scythiam, dum tamen procul ab urbe Roma bella submoveam. W'G'

328. A POTIUS NE QUID B. ordo est: a ne quid potius bello patiaris in isto, suam potius esse te putet Caesar, ut Vergilius 'a te ne frigo⟨ra⟩ laedant'.

NE QUID BELLO id est melius, ut, cum ego ab urbe absum, aestimet eam esse suam Caesar, quam ut me et exercitu ingresso sentiat Roma bella gesta esse civilia.

330. CONVERTIT et condixit. WG

331. CANDAVIA mons Macedoniae. W'G'

333. THESSALIAM id est in Thessalia, qua parte diem attollit Titan horis brumalibus. WG'

334. RUPES OSSEA COERCET id est ipsum Titana.

333. BRUMALIBUS HORIS hiemalem dicit orientem. W'G'

334. RUPES OSSEA dicit hiemali soli in his locis Ossam esse oppositum, aestivo Pelion solstitiali tempore.

338. OTHRI⟨S⟩ hi omnes montes sunt, ut ait Vergilius 'ter sunt conati inponere Pelio Ossam'; alibi 'Othrynque nivalem'.

335. ALTIOR AESTAS aestivum dicit orientem.

---

2 exemplum *G'* ‖ 3 accipimus *om. G* ‖ 4 privato *U* dimissum *G* ‖ 6 civilia bella *W* | mota *AR'* nota *U* ‖ 7 ea *W* ‖ 8 Roma *om. U* ‖ 10 Ac *et* ac *G* ‖ 12 ut ... 13 NE] Ne *G'* | Vergilius] *buc. 10, 48* ‖ 14 absim *G'AR'* | estimaret esse *G'* | me et *W'*] meo *G'AR'* ‖ 16 conduxit *G* | ⟨conduxit⟩ convertit *UPED* ‖ 19 brumalibus thessaliam *W* ‖ 20 titan *W* ‖ 21 dicitur *U* ‖ 22 hoc dicit *G'* ‖ 23 tempori *WprU* 24 Vergilius] *ge. I 381* ‖ 25 inponere *om. P* | prelio *W* | alibi *Aen. VII 675* ‖ 26 nialem *W* ‖ 27 estus *G* | aestivam dicit gentem *G'*

WG' 337. AT MEDIOS IGNES meridianum, inquit, solem, cum in leonis signo solstitium est, Othrys summovet.

W'G' 339. ET IAPYGA nomen venti, ut Vergilius 'undis et iapige ferri'.

PINDUS et hic mons est.

340. ET MATURATO P. hoc est: praecidit legitimum lucis occasum; nam mox ut sol post ipsum montem ierit, hic omnia magnitudine sua inumbrat et cito mittit in noctem.

341. IMI BOREAN HABITATOR O. qui, inquit, sub monte Olympo et in radicibus eius habitant, nec a septentrione verberantur nec ipsius ursae sidus aspiciunt, quod sidus integra in caelo nocte resplendet.

WG' 345. NEC PERVIA TEMPE Graece pluraliter declinavit, ut Vergilius 'frigida Tempe'.

346. IMPLENTIBUS hoc est fluminibus.

UNUM legitur et undis.

W'G' 347. CRESCERE CURSUS ERAT hic, inquit, fluminibus erat cursus, ut stagnum inplerent et altius facerent. Nam intra ipsos montes nemoraque pervia aquae omnes cohibebantur et in mare exitus non habebant.

POSTQUAM DISCESSIT hunc enim montem Hercules fregit. 'Discessit' ergo separata est, ut Salustius 'atque omnis Italia animis discessit'.

OLYMPO hoc est: postquam ab Olympo Ossa est separata.

348. SUBITAEQUE RUINAM quod in mare tot fontes et flumina pariter cucurrerunt.

436. Vellem populis i. n. id est utinam libertatem Roma nescisset, ne cum tanto dolore eam nunc perderemus.

437. Vulturis ut primum vulture enim Romulus captavit augurium.

Laevo et laeto. W'

438. Infami conplevit moenia l. id est conplevit populo, quem adducebat ad lucum. W'G'

Luco cum adhuc raritas esset et inopia civium, Romulus omnes nocentes et criminosos in eundem lucum inducebat ibique eos crimine liberatos in numerum civium conferebat, ut ait Virgilius 'hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum rettulit'.

439. Usque adusque ad hoc bellum, quod in Thessalia civile gessisti.

Servisses R. r. id est vellem. W'A

440. De Bruti⟨s⟩ f. q. quia libertatem protexerunt, quam nunc sumus perdituri. W'G'

Quid tempora l. hoc est: cur in legibus viximus?

441. A consule n. h. quando non sunt inpositi imperatores, sed consules.

443. Fata tiranni⟨s⟩ illi enim quia semper serviunt, poenam non putant servitutem.

445. Sunt nobis nulla n. deos dicit non esse.

448. Teneat cum fulmina c. vindicaret quippe tantum nefas, si, ut dicimus, fulmine Iuppiter uteretur.

449. Scilicet ipse p. Pholoen irascitur poeta, quia montes fulminantur et non homines, qui gerunt bella civilia.

---

3 bonum *om.* *U* || 6 per dississet *U* || 7 captivavit *U* || 9 vel *U* || 12 et *om.* *G'V* || 13 locum *G'* || 15 ait *om.* *U* | Virgilius] *Aen. VIII 342. 343* | hinc *WG'*] hunc *UR'V* | locum *P* | ingentem *om.* *U* || 17 adusque *W*] usque *UG'* || 18 civile *post* bellum *pon.* *UR'* || 25 qui *G'* || 30 poeta *om.* *W'*

450. MINANTIS in caelum erectas, id est altas, ut ait Virgilius 'minaeque murorum ingentes'.

451. ASTRA THYESTAE cum sol fugiat a Thebis et nox continuata pro die sit.

453. TOT SIMILES FRATRUM cum illic duo fuerint tantum, Eteocles et Polynices, [et] tamen amiserunt diem.

454. DABIT ILLE DIEM id est Iuppiter.

455. SUNT CURATA DEO geminam opinionem tetigit, primo deos non esse; deinde si sint, non curare mortalia.

456. VINDICTAM QUANTAM hoc dixit: haec nobis clades vindictam de se dabit tantam, quantam fas est, ut dii hominibus exolvant; nam pares hoc bello fient caelestibus superi, id est homines. Hoc propter Caesarem dictum, qui consecratus et divus est factus.

458. FULMINIBUS MANES habitu enim Iovis in templo Caesar est constitutus; accepit et radios, ut Solis esset simulacrum.

ORNAVIT ET ASTRIS id est Roma.

459. IURABIT ROMA PER UMBRAS hoc in contumeliam numinum dictum, ut in omnibus templis, non in Caesaris solum, per manes Caesaris iurarent.

461. CONSUMPSERE L. hoc dixit: postquam celeri cursu ad se venientes illum locum, qui eos medius prohibebat a bello, consumpserunt, id est cursu mutuo transmiserunt.

462. TEMPUS QUO N. POSSENT facturi, inquit, tempus commisso proelio, quo invicem cognoscerent, quanta essent ipsis portenta.

---

1 id . . . 2 ingentes *exh.* *W* || 2 Virgilius] *Aen. IV 88. 89* || 3 nos *G'* || 4 pro die sit] prodesse *G'* || 6 et *om.* *G'* || 8 ponit *U* || 9 primum *U* | sunt *G'* || 10 dicit *G'* || 11 tantum *G'* | quantum *UG'* | est *om.* *P* || 12 partes *G'* || 13 dii *G* divi *P* || 15 enim *om.* *U* || 16 esset] haberet *G* habet *P* || 18 romae *G'* || 19 Iuravit *W* *om.* *U* || 21 solum *G'*] solem *W'* | sed per *W* et per *U* || 22 cum sumpsere *W* | dicit *G'* || 23 locum qui *G'AR'V*] loqui *W'* || 24 consumpserant *W'* | transierunt *G'AR'V* || 26 quanta *ante* portenta *pon.* *W'* || 27 ipsis *G'AR'*] ipsi *W'*

465. FRATERNAQUE C. A. id est viderunt. WG'

466. NEC LIBUIT MUTARE LOCUM cum acies ita esset composita, ut concurrentes parentes filiis adversi essent, fratribus fratres, neminem delectavit locum mutare, scilicet de eodem loco ad aliam aciem transire, ut unus quisque parenti suo aut fratri non staret adversus. W'G'

470. QUAE CUNCTIS POENA P. id est mors, quae omnibus poena communis est.

471. SED SENSUS POST FATA S. ad longiora tormenta tardior interitus.

CRASTINE MORTI proprium nomen est 'Crastine' eius militis, qui primus tela iaculatus est, ut ait Titus Livius 'primus hostem percussit nuper pilo sumpto primo Gaius Crastinus'. W'P

475. INVENTA EST PRIOR ULLA M. quae tela dirigeret antequam Caesar. W'AR'

476. ELISUS L. et tuba exclusus, ut ait Virgilius 'elisos oculos'. W'G'

477. TUNC AETHERA TENDIT id est in aethera tendit fragor. WG'

478. EXTREMIQUE F. id est summi. W

IRRUPIT OLIMPI mons Macedoniae. W'

479. UNDE PROCUL NUBES sensus hic est: ad Olympum montem sonitus tubarum perveniebat, ad quem tonitrua pervenire non possunt, cum sint procul nubes, quibus tonitrua concitantur. W'G'

PROCUL autem 'iuxta' dixit, ut Virgilius 'serta procul, tantum capiti dilapsa, iacebant'. W'

DURANT possunt contendere et pervenire. W

---

5 ut] cum *G'* || 6 fratri suo *U* | non *exh. AR'V* || 7 hominibus *W'* || 10 tardior interitus] trahat interius *G* interius *P* || 12 ut . . . 14 Crastinus *om. P* || 12 libius *W'* Livius] *fr. 33* || 13 Gaius] gravis *U* || 15 diriget *W* || 17 L.] licius *W* | et *om. U* | expulsus *G'* | ut . . . 18 oculos *exh. W* || 17 Virgilius] *Aen VIII 261* || 19 *nil nisi* in *exh. G'* || 22 Quo. n. t. sensus (hic est *add. AR'*) · Ad olympum montem macedoniae tubarum fragor perveniebat *G'AR'* | 24 quibus . . . 25 concitantur *om. G'AR'V* 26 autem *et* dixit *om. U* | Virgilius] *buc. 6, 16* | sera *U*

481. GEMINARE vel resonare.

W' 476. CONCEPTA simul capta, hoc est ut signum darent; et cornua et classica sunt pariter comprehensa. Classica autem genus est tubae, ut ait Virgilius 'classica [sunt] iamque sonant'.

492. POMPEI DENSIS A. S. C. hucusque generaliter de utroque narravit, nunc specialiter [ille pedum melior motu].

493. IUNXERAT IN SERIEM in unum tractum et ordinem, ut Virgilius 'series longissima rerum per tot ducta viros'.

W'AR' 494. VIXQUE HABITURA L. propter densitatem iunctorum militum.

W' 495. GLADIOSQUE SUOS ne iuncti nimium se invicem vulnerarent.

W'AR' 496. PRAECIPITI CURSU illos constitisse dixit, hos currere.

W' 497. IN DENSOS A. C. id est in Pompei.

W'G' 500. HAC QUOQUE 'hac' scilicet per loricam.

501. EXTREMUM EST QUOD QUISQUE FERIT transfigebantur enim et arma, cum corpus esset solum, quod unius cuiusque vulneribus petebatur.

WG' 502. UNA ACIES P. G. A. patitur Pompei, gerit Caesaris; haec enim vincit, illa superatur.

W'G' FRIGIDUS INDE a Pompei parte, quae non gerit.

504. RERUM TOT PONDERA V. id est non est morata fortuna in evertendis tot rerum ponderibus.

505. TORRENTE praecipiti.

506. UT PRIMUM TOTO DEDUXIT C. C. quia Pompeius multitudine fidit exercitus, id agit, ut includat militem

---

15

2 capita *U* || 3 Classica . . . 5 sonant *exh. W* || 4 Virgilius] *Aen. VII 637* || 7 ille . . . motu] *Verg. Aen. V 430 om. U* || 9 ut . . . viros *exh. W* | Virgilius] *Aen. I 641. 642* || 10 multitudinem et densitatem militum *U* | iunctorum *AR'* victorum *W om. U* || 14 hos dixit constitisse. istos autem *U* || 17 transigebantur *G'AR'* || 18 cum corpore ut esset *W'* || 21 superator *W* superaturi *P* || 22 a parte pompei *U* || 24 fortuna *om. W'* || 26 deduxit *W* d. *G' om. U* || 27 multitudinem *G* | vidit *G'* | agitat *G'R'*

Caesaris pauciorem, sed casu factum est, ut invadatur ipse, postquam spargendo rarum suum agmen effecit.

507. FUDIT aut 'fusa est' aut 'se fudit' accipimus, ut ait Virgilius 'insinuat pavor'. Belli autem ultima fallaciam dixit; nam si ense comminus nihil egissent, tunc debuerant fraude pugnare. Possumus autem et hic distinguere: bellique per ultima fudit, id est fudit eques cornua, et qui sequitur versus, separatim legendus est.

509. INSEQUITUR id est ipsa fortuna, quam supra dixit. WG'

510. ILLIC QUIPPE S. quippe diversa sunt arma diversis W'G'
gentibus.

511. ROMANUS CUNCTIS P. C. hoc dicit: Caesariani de auxiliis non laborant, sed tantum Romanos, Pompei socios, interficiunt; sive ut hoc intellegamus: diversae quidem gentes mittunt tela diversa, sed hoc agunt, ut Romanos interficiant.

⟨INDE⟩ SAGITTAE a Pompeio. WG'

512. INDE FACES a Caesare.

SPACIOQUE SOLUTAE assidua enim vertigo plumbum in- W'G'
cendit et solvit.

513. GLANDES id est volant. WG'

514. ARABESQUE S. qui sine imperatore sunt liberi. W'G'

515. ARCU TURBA M. quae omnes gentes in dirigendis sagittis meruere doctrinam.

NUSQUAM REXERE SAGITTAS id est non in aliquem mittuntur hostem, sed tantum in aeris altitudinem diriguntur et inde casurae vulnus inveniunt.

517. INDE CADUNT M. non tela, sed certus interitus.

518. EXTERNUM M. CHALIBEM quia Romani non erant, ferrum suum externum, quippe innoxium, id est sine crimine, adversariorum sanguine polluebant.

---

3 aut se . . . 4 pavor *om.* *U* || 4 Virgilius] *Aen. II 229* | fallacia *G'* || 5 ense *G'*] in se *W'* | 7 fugit *U* || 8 qui *om.* *W* | separatum *P* || 12 c. *G'*] o. *W* *om.* *U* || 13 sotio *G* || 22 sint *W* | 25 numquam *U* | in *om.* *W'* || 27 casura *W'* || 28 M.] n. i. *W* *om. cett.* | 29 Extremum *G'* || 30 innoxiae *G'* | 31 sanguinem *G'*

WG' 518. COACTUM collectum.

W'G' 519. CIRCA PILA NEFAS hi enim erant Romani, qui pila gestabant et hi tantum cum sceleris crimine dimicabant.

W SUBTEXITUR AETER ut Virgilius 'aetheraque obscurant pennis'.

W'G' 521. PRIMA LABARET Caesar hic molitur insidias, sed ita statutis in fronte signis et quietis latera aciei suae proponit emittere, ut falsi hostes quiete eorum, qui in primo agmine constiterant, nihil timentes sub aliquo agmine caederentur.

523. HOSTIS AGEBAT miles Pompei.

525. IMMEMORES PUGNAE barbari qui cum Pompeio fuerant.

NULLOQUE PUDORE T. qui non erubescerent se timere.

526. PRAECIPITES FECERE P. C. B. hi, inquit, externi, qui auxilium tulere Pompeio, pugnae inmemores derepente et nullo timoris pudore fugientes palam fecerunt non rite commissa barbaricis catervis bella civilia.

W' 528. PECTORA et * * *.

W'G' 529. MEMBRA REGENTIS rectoris sui.

530. GLOMERATAQUE N. 'nubem glomeratam' collectam equitum multitudinem nominavit.

532. PERDIDIT INDE MODUM ex illo omnes sine modo caesi sunt.

533. PUGNA id est non fuit post certamen [aliquando], quia Pompeiani in fugam versi sunt.

IUGULIS de Pompei parte, quae caeditur.

WAR' FERRO de parte Caesaris, quae occidit.

---

2 romani erant *U* ‖ 4 $\overset{\text{aer}}{\text{aeter}}$ *W* | Virgilius] *Aen. XII 253* | 6 Caesar] C. *G'* | hic cesar *U* ‖ 7 et quietis latera] equites a latere *G'* ‖ 8 eorum qui] signorum quae *G'* ‖ 9 constiterant *A*] constiterunt *W'* constitutae er̄ (erт̄ *P*) *G'* | sub quo *G'* ‖ 11 pompei' *W* pompeianus *U* ‖ 12 erant *EUAR'* ‖ 13 Nullo *U* ‖ 16 timore pudoris *G'* | non . . . 17 civilia *om. G'* ‖ 18 PECTORA et *secl. Keller* ‖ 21 dicit *U* ‖ 22 ex] hoc est ex *U* ‖ 24 aliquando *om. G'* ‖ 26 quae *R'* qui *WG' om. AU* | ceditur *W* occiditur *G'AR' om. U* ‖ 27 de parte c(a)esaris *AR'* acaesare *W* | quae *AR'* qui *W*

534. NEC VALET HAEC A. T. P. Q. id est tanta erat Pompeianorum turba, quae occidi fugiens poterat, ut ad occidendum Caesaris non duraret exercitus. W'G'

537. NON ALIO M. S. F. adhuc enim Pompeiani pereunt, sed barbari, non Romani, quos hic optat iam non occidi, si potest Pharsalia barbarorum cruore satiari.

538. HIC NUMERUS scilicet barbarorum. W'EAR

540. ISTIS PARCE PRECOR o Pharsalia. W'G'

542. NAM POST CIVILIA BELLA si vis, inquit, Romanorum, o Pharsalia, sanguine compleri, istis gentibus parce, quae extraneae sunt. Nam post bella civilia ipsi incipient esse Romani, quia hi, qui nunc sunt, funditus interibunt.

543. SEMEL ORTUS IN O. id est in Pompeianos. W'G'

544. ET FATIS DATUS EST id est ut fatorum cursus ad felicitatem Caesaris duceretur, sive ut cum deberet laborare Caesar, pro illo sua fata certarent.

545. VENTUM ERAT AD R. M. ubi imperator esse consuevit.

546. QUOD id est robur. WG'E

548. COLLECTA IUVENTUS id est ibi iam non auxilia pugnabant, sed ipsi Romani de parte Pompei. W'G

549. MOVERE ROGATAE id est non illic movere ferrum manus rogatae scilicet, quarum Pompeius rogarat auxilium.

550. ILLE PARENTES id est habuit. WG'

551. TUA CRIMINA CAESAR nam hic a te Romanus miles occiditur. W'G'

552. TENEBRIS dum videre detrectas. W'

553. DISCAT ME VATE M. ordo est: nullaque aetas discat. WG'

555. A POCIUS PEREANT L. dicente enim me, quae gesta sunt, quisquis audiet, flebit; tacente nulla erit causa lacrimarum. W'G'

---

8. 13.

1 Non *G'* | id] hoc *U* || 5 quos romanos hic *G'AR'* || 6 potest *G'AR'* | post *W'* || 10 cruore *G'* | completi *P* || 13 i. pompeius *U* || 16 illa *WG* | fata sua *U* || 19 tibi *W* | auxiliarii *G'AR'* | rogaret *W'* || 24 miles *om.* *W'* || 28 Ac *G* || 29 tacente *AR'* tacenti *W'G'* | causa erit *W*

557. Hic Caesar rabies definit, quid sit Caesar: rabies populi stimulusque furorum.

558. Ne qua parte sui ne alicubi geri a militibus suis bellum civile cessaverit.

W' 559. Atque ignes a. f. a. quod ait Cicero 'currentem, ut dicitur, occupavit'.

W'P 560. Toti sanguine madent id est quia multos occiderint.

561. Qui niteant qui nunc primum coeperint vulnerare.

WP 563. Quis contenta f. 'contenta' districta, dictum a contendendo.

W'P Iubenti id est sibi.

W'AR' 564. Quem iuvet id est delectet etiam Caesare non iubente.

W'P Quis vultum c. p. id est tristis efficiatur cive prostrato.

WPAR' 565. Mutet ubique 'inspicit' subaudimus.

WE Proiecta c. c. id est suorum.

W'G' 569. Bistonas Thracas dicit, quorum deus Mars est.

W 571. Nox ingens scelerum est ingens * * *

W'G' 572. Gemitus definit gemitus quid sit: magnitudo et exemplum vocis inmensae.

574. Subicit si 'subicit' ministrat, si 'subigit' exacuit, ut Virgilius 'subiguntque in cote secures'.

575. Adversosque iubet id est Caesar.

578. Monstratque senatum hoc est: non plebeios iubet interfici, sed senatores.

579. Scit cruor imperii ubi sanguis imperii sit, ubi membra rerum, scilicet in senatu.

Rerum id est sint.

---

1 diffin̄ *U* | quae *G'* | Caesar *et quae sec. om. U* || 2 populi · K. stimulusque furorum nequa *W* | stimulusque furorum *om. G'* || 3 nec ubi geriam militibus *W* | bellum *ante* geri *pon. G'* || 4 cessarit *U* || 5 Cicero] *or. Philipp III 8, 19* || 6 incitavi *Cic.* || 7 mandent *W om. cett.* | quam *U* | occiderunt *P* || 9 districta *ȦR'V* destricta *W* constricta *om. cett. P* || 10 contendo *W* || 12 etiam *om. U* || 13 sive *W* || 14 prospicit *P* conspicit *D* || 16 est mars *U* || 19 inmensum *W'* || 20 exacuit intelligimus ut *U* | Subigit · si subigit · exacuit · si subicit · ministrat *G'* || 21 ut . . . secures *om. G'* | Virgilius *Aen. VII 627*

581. Permixta s. id est cum equitibus tunc Romanis iuncta nobilitas.

582. Ordine nobilitas id est urguetur.

583. Caedunt Lepidos hoc est posteros.

585. Saepe duces hoc est: qui frequenter eis imperarant.

Summosque id est caedunt. W'AR'

Te Magne remoto hoc est: qui omnium eras summus; W'G' te remoto, id est tui conparatione. Nam tu omnium primus es, ut ait Virgilius 'excepto Laurentis corpore Turni'.

588. O decus laus Bruti. W'G'

589. Per secula n. hic Brutus ab illo Bruto originem duxit, qui propter Lucretiam expulit urbe Tarquinios. Ideo autem dictum 'extremum nomen per saecula', quia post quingentos annos hic natus est Brutus et Caesarem occidit, ut ait Tullius 'fuerit ille [licet] Brutus, qui et ipse dominatu regio rem publicam liberavit et . . . stirpem . . . prope . . . quingentesimum annum propagavit'.

591. Nec tibi fatales admoveris a. P. postea enim cum Macedoniam optineret, quae est in Thessalia, ab Augusto superatus est et occisus in Philippis.

592. Thessalia p. t. in Thessalia, inquit, periture tunc tua; nam illic optinebit imperium.

594. Humanum culmen id est culmen. W'GE

Reguntur et premuntur. W

595. Egressus meruit id est nondum egressus est et W'G' nondum meruit.

Tam vel iam. W

---

3 Ordo *W'* *om* *G'* | id est *om.* *U* | 5 eis *Keller* ea *G'* erant ea (et *U*) *W'* | imperarint *W'* 7 hoc . . . 8 conparatione *om.* *G'* | 7 eras *Oud.* erat *codd.* || 8 Nam tu o magne omnium *G'* 9 primus . . . Turni *om.* *G* | ut . . . Turni *om.* *P* | Virgilius] *Aen. VII 650* | 12 ducit *W'* || 15 Tullius] *or. Phil. I 6, 13* 16 ipse (a *above* e) *G* ipse dominato *P* | et . . . 17 propagavit *om.* *G'* || 20 in Philippis *om.* *W'* || 21 periturus es (est *P*) et tunc *G'* | nunc *W* | 24 ⟨premuntur⟩ vel reguntur *R* Reguntur *A* || 25 et . . . 26 meruit *om.* *G'* || 27 vellam *W*

W'G' 597. HIC PATRIAE redit rursus ad descriptionem belli.

598. PLEBE CADAVER istos enim solos supra Caesar iussit occidi.

601. NUSQUAM MAGNI hoc est: ubicumque victus est Magnus, et Domitius pariter vincebatur.

602. VICTUS TOTIENS nam et supra victus in Corfinio a suis deditus est. Non rogavit et est dimissus a Caesare.

604. SECUNDA supra enim ei Caesar ignovit.

W 605. VERSANTEM SANGUINE M. ut ait Virgilius 'moriensque suo se in sanguine vertit'.

W' 607. SUCCENSOR qui eadem arma succendebat ad bella civilia, ecce etiam sine te dimicatur.

608. SUFFECIT sive 'satis fuit' sive 'duravit', ut ait Virgilius 'nec sufficit umbo [tot] ictibus'.

609. ORA RESOLVIT locutus est, ut ait Virgilius 'tum fatis ora resolvit'.

W'G' 610. MERCEDE POTITUM sensus hic est: non te iam victorem aspiciens morior, sed adhuc in exitu dubio constitutum et Pompeio adhuc minorem.

W' 612. STYGIAS vel patrias. PATRIAS ubi sunt parentes.

615. CUM vel dum.

W'G' 617. INPENDISSE P. hoc ex persona sua poeta dicit, quod se pudeat exequi universa, quae gesta sunt, cum sint tam crudelia.

WG' IN FUNERE MUNDI hic 'in hac re' dixit 'inpendere', alibi ⟨V 491⟩ 'in hanc rem': 'in ventos inpendo vota fretumque'.

619. QUAERERE id est pudet.

---

1 reddit *W'* ‖ 6 corphinio *codd.* ‖ 8 enim ignovit caesar illi *U* ‖ 9 Virgilius] *Aen. XI 669 sed* vulnere versat *Verg.* ‖ 12 etiam] enim *U* ‖ 13 sufficit *W om. U* ‖ 14 Virgilius] *Aen. IX 810. 811* ‖ 15 ut . . . 16 resolvit *om. G'* ‖ 15 ait *om. U* | Virgilius *ge. IV 452* | tum] sic *Verg.* ‖ 19 a pompeio *G'* | 21 vel] at *U* ‖ 23 pudebat *W* ‖ 25 hac redux̄ *W* hac se dix̄ *G'* ‖ 26 in ventos *AR'*] inlictos *W* illicitos *G'* | inpendo *Lucan.*] expendo *AR'* expendet (-it *G*) *WG'* ‖ 28 pudet] querere pudet *P*

623. Dum membra id est dum pars corruit, quae W'AR'
vulnus accepit.

624. Transmitit ut ait alibi ⟨III 468⟩ 'superest telo post vulnera cursus'.

626. Quis pectora f. id est quaerere pudet. WGA

628. Abscisum longe m. c. ideo abscidit caput, ut non W'G'
sit tale crimen, si nesciatur, an fratris sit, cum hoc spoliat. Ideo et 'longe mittat', ne de proximo, cuius fuerit, appareat.

630. Quem iugulat non esse p. acute dictum; nam W'AR'
licet pater sit, quem occidit, persuadet tamen patrem non esse, dum illum tam crudeliter occidit.

Nulla querela id est acerbiores fuerunt mortes quam W'G'
querelae harum acerbitatem possint lugere.

631. Vacamus id est digne aliquem lugere non possumus.

633. Quas aliae id est provinciae.

Illic id est sunt. WG'

635. Mors hic gentis erat maiores, inquit, sunt in W'G'
Pharsalia pugnae partes quam in aliis provinciis; nam alibi singuli milites occiduntur, hic populi [parte] prostrati sunt.

Fluxit Acheus Graecus ab Achaia.

636. Haerere c. hoc dixit: illarum gentium sanguinem vetabat in campis stare sanguis amplior Romanorum, qui ⟨eum⟩ inpellens faciebat in morem fluminis undare.

638. Quam quod sua saecula f. id est a Caesaris exercitu maiora vulnera acceperunt populi quam quanta eis inferre potuerunt ea saecula, quibus idem populi esse

3 *leg.* Transmittant ‖ 5 pectore *W* ‖ 6 abscissum *W* | non . . . 7 si *om. G* ‖ 8 mittit *G'* ‖ 9 fuerat appareat quem iugulat. *G'* ‖ 11 tamen pater patrem *W* | 14 harum *U*] dearum *W* esse dearum *G* esse de earum *P* | acerbitate *UG'* | possint *Oud.* possunt *WG'* posuit *U* ‖ 20 parte *exh. WG'* ‖ 22 achia *WP* achea *G* ‖ 23 dicit *PAR'* ‖ 24 qui *W'* quem *GAR'* qu *P* ‖ 25 eum *add Oud.* | implens *W* | undare *G* undar *P* (h)abundare *UW* ‖ 26 a *om. W* | caesaris ab exercitum *U* ‖ 27 ceperunt *U* | eis *U*] vis *WG'* vix *a*

coeperunt, hoc est plus uno die perierunt quam omnibus saeculis.

W′ 639. QUAM VITA SALUS quia plures de omnibus populis periere quam remanserunt.

W′G′ 640. IN TOTUM MUNDI PROSTERNIMUR AEVUM id est pereuntibus tantis non erit, unde alii procreentur, sive ut hoc repetierit.

W′ 641. VINCITUR HIC GLADIIS OMNIS QUI SERVIET AETAS in perpetuum enim aevum prosternimur, quia his victis omnes sunt posteri servituri et ita erit ac si superati sint.

W 642. PROXIMA Q. S. filios dicit.

WR′ 643. IN REGNUM NASCI id est ut servire cogantur.

W′G′ 645. IN NOSTRA id est qui post bella nascentur. Nam cum alii oppressi sint, etiam cervices nostrae iugum accipient servitutis.

647. IAM MAGNUS TRANS[S]ISSE DEOS id est ad Caesarem, ut Virgilius 'ferus omnia Iuppiter Argos transtulit' et alibi 'excessere omnes aditis arisque relictis di[i], quibus imperium hoc steterat'.

648. TOTA VIX CLADE C. ac si diceretur: vix potuit de nota felicitate diffidere.

651. QUAE BELLO O. L. non enim apparebat, quantus numerus militum occidisset, cum adhuc dimicaret exercitus. Ideo ergo conscendit aggerem, ut posset videre, qui pereunt.

653. AC SE TAM M. P. S. V. nam exercitus corpus est imperatoris, ut ait Virgilius 'toto certatum est corpore regni'.

654. NEC SICUT MOS EST M. id est nec eum delectabat id, quod miseros delectare consuevit, ut cum his cuncta

3 populis *om. U* || 4 remanserant *U* || 7 hoc *om. U* || 8 *leg.* QUAE || 9 hic *W* || 10 erit *om. U* | sunt *U* || 11 S.] f. *W* | ⟨soboles⟩ filii *AR′* || 12 cogamur *R′* || 13 nascimur *UG′* || 17 ut . . . 19 steterat *om. UG′* || 17 Virgilius] *Aen. II 326. 327* || 18 alibi] *Aen. II 351. 352* || 19 steterit *W* || 20 ac si diceretur *om. W′* || 24 et videre *W* || 26 est corpus *U* | ut . . . 28 regni *om. G′* || 27 Virgilius] *Aen. XI 313* || 30 id *om. G′*

moriantur, ut ait Cicero 'aut cur minore dolore perituros se cum multis, quam soli pereant, arbitrabantur' [posse post exercitum suum].

657. SUSTINUIT DIGNOS id est passus est, inquit, deos dignos etiam nunc suis votis committere, hoc est cum iam contra eum dii essent, dignos habuit, quos suis committeret votis.

658. SOLACIA quae sunt solacia, si solus occumbat?

662. PIGNORA FATIS in quae saeviant, si meo sanguine W' delectantur.

664. EXIGUAE C. per interrogationem pronuntiandum, W'G' ac si diceret 'parumne est me cum stirpe procumbere, si orbis removeatur exitium?'

666. IAM NIHIL EST F. M. facta sunt enim cuncta victoris scilicet Caesaris.

669. SEQUE NEGAT T. ut hoc diceret: non sum ego tanti, ut pro me omnes perire debeatis.

671. SED TIMUIT S. M. causas fugae, ne segnis videretur esse Pompeius, duas posuit; tertiam addidit de uxore.

NE CORPORE MAGNI haec prima illum causa ire coegit, W'Aa ne exercitus se offerret exitio.

675. PRAESTANDUM EST U. C. ut sit maior invidia, si W'G' ipso praesente moriaris.

677. TE PRAESENTE MORI in Lesbo enim erat Cornelia, cum in Aegypto Pompeius occiditur. Fuit ergo et haec maior fugae causa, quod mori te praesente cupiebat, quod quidem negabatur a fatis.

CONCITUS AUFERT id est equo fugit. W'

678. TELA PAVENTEM id est Magnum non paventem, W'G' idcirco non timebat, ne se a tergo aliquis vulneraret.

---

1 ut . . . 3 suum *exh. W* || 1 Cicero] *in Cat. II 10, 21* || 2 arbitrentur *Cic.* || 8 solatia✓ *G* || 14 F.] s. *W om. UG'* || 18 SED] s. c. d. *W* | Ne (Nec *G*) corpore m. *lemma in G'* || 19 de uxore] uxorem *U* 20 causa ire coegit ne *Aa*] excusare fecit ne *R'* causa *U* cause *W* || 21 se *om. W'* || 24 in . . . 25 occiditur *om. U* | occidit *W* || 26 maior *G'*] manus *W'* causa fugae *G'* || 30 idcirco non timebat *om. W'*

WG' 682. INPARE diverso; impare autem pro impari, ut Virgilius 'numero deus impare gaudet'.

W'G' 684. PROSPERA VIDERUNT aliquando, cum vinceres.

685. PER TRES TRIUMPHOS fuit infida fortuna, quippe quae nunc eum deseruit et oppressit. Sic misero Pompeio minor fuit ipsa fortuna, id est in malis suis intra se habens fortunam despiciebat atque calcabat.

687. DEPOSITO S. A. onus enim fati bella civilia sustinebat et imperium suum, ut ait Cicero 'quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur'.

WG' NUNC T. L. RESPEXISSE V. quae ante duxisti.

W'G' 688. NUMQUAM IMPLENDA quae numquam possit impleri.

689. QUID FUERIS NUNC S. L. nam quando in eadem potestate iam non es, nunc potes intellegere, quod fuisti.

691. IAM TIBI MAGNE MORI hoc iam non est pro te sanguinem fundere, qui proelia reliquisti.

CEU FLEBILIS quem admodum, inquit, in illis et in illis locis post mortem tuam bellum non tua voluntate commissum est, sic iam non in hoc loco tuum est, quod tanti te fugiente moriuntur.

W' AFRICA DAMNIS id est quae semper damna sua fletura sit; et hic autem post Pompei mortem dimicatum est.

W'G' 692. ET CEU MUNDA N. in hac civitate adversus Pompei filium dimicatum est.

695. SED PAR QUOD SEMPER H. par hoc vult esse, ut contra Caesarem libertas dimicet, non Pompeius.

W'AR' 696. TEQUE INDE F. a Pharsalia.

WG 698. ISTAC et istuc.

W'G' 699. PERSPECTASSE N. sive perspexisse sive usque ad finem spectasse.

---

1 in impare autē aūτ pro *W* | impare . . . 2 gaudet *exh. WA* || 2 Virgilius] *buc. 8, 75* || 4 PER . . . fortuna] Infida *G om. P* | fuit . . . fortuna] infortuna *U* | invida *W* || 6 infra *G'* || 9 Cicero] *pro Deiot. 13, 36* || 10 modius *W* || 12 dixisti *WR* || 15 potest *W* || 16 est *om. UG'* || 20 nec *G'* || 21 tanti ei (*om. U*) fugiunt et moriuntur *W'* || 23 mortem pompei *U* || 26 hoc *om. U* || 29 i͡stuc *W* || 30 perspectasse *G*

701. Miserere tui miseri quia vincit.

702. Felicior istis id est Roma. W

708. Tam mala Pompei et adversa, inquit, tua venerentur, ut prospera consuerunt. W'G'

710. Aspice s. u+ id est quas tu ante possederas.

Donataque regna id est possessa regna aspice, quae ipse donaras. Dicit autem Pharnacem, cui Mitridatis patris eiusdem donavit imperium.

712. Vidit prima iter narrat Pompei fugientis.

Larissa civitas, unde Achilles fuit. W'G

713. Omnibus illa 'illa' id est Larissa, quae eidem optulit auxilium totius civitatis. W'G'

715 Omnia vel obvia. Wa

718. Teque minor solo id est qui tantum a te minor factus es, tamen maior a Caesare. W'G'

719. Rursusque in f. r. id est priora; nam ait supra ⟨686. 687⟩ 'iam pondere fati deposito securus abis'.

720. Sed quid opus victo populis aut urbibus [victori] praestare fidem. WAR'

722. Cedis adhuc cumulo 'huius caedis cumulo' declinavit. W'

724. Gemitus Lariseorum scilicet. W'G'

725. Convicia id est secuntur. WG'

727. Felix se nescit amari cum felix, inquit, esses, felicitati offerri obsequium putabas solere, non Magno. At nunc miser factus, quod te omnes dilexerint, recognoscis; sed hoc poeta generaliter dixit. W'G'

729. Manibusque suorum et hic dum parcit, expressa est crudelitas: si ideo ignoscit, quia non vult suos in occidendo diutius laborare, non quia miseretur inimicis. W'AR'

1 miserae *W om. UV* ‖ 3 inquit *post* mala *pon. U* ‖ 5 *lemma exh. W, schol. ad v. 710* Aspice . p. u. *pert.* | quos *W'* | 6 possessa · aspice *G'* ‖ 7 medatis *U* ‖ 8 eius *G* ‖ 9 narrat iter *UAR'* ‖ 10 civitas *exh. U* ‖ 11 'illa' *exh. W* ‖ 12 obtulit *U* ‖ 13 ⟨obvia⟩ vel (al *R'*) omnia *UR'* ‖ 14 a te *G'*] ac *W'* ‖ 15 minor *P* ‖ 15 a *exh. G'* ‖ 16 peiora *W* ‖ 17 pondera *W* ‖ 19 prestate *W* ‖ 20 *nil nisi* huius *exh. U* ‖ 23 sequuntur *G* ‖ 25 obsequium *om. W'* ‖ 26 At] Non m. h. *(v. 736)* At *G'* | te] ante *W'*

731. Fugatos id est Pompeianos.

W'G' 732. Nocturna pavore ne Pompeiani in castra redeuntes nocte interposita timere desinant.

733. Succedere v. id est ut ipse occuparet hostium castra.

734. Dum fortuna c. dum recens et hic vicit et illi sunt victi.

735. Non veritus g. n. f. hoc dixit: Caesar iussurus militi suo, ut Pompeianorum invaderet castra, non verebatur, ne iam milites fessi graviter ferrent hoc sibimet imperari. Nam gratum hoc erat illis futurum, quia mittebantur in praedam.

Subactis id est fatigatis sive ipsis Caesarianis sive cum iam Pompeiani subacti proelio viderentur.

739. Quam monstrare meum id est Pompeianos, quos fugavisti sequens; transi scilicet, ut prior ingrediaris in castra.

745. Pharsalia id est in qua vicisti.

749. Quae fossa id est nulla res valet retinere properantes, sed cuncta perrumpunt.

751. Scire ruunt id est festinant nosse propter quas opes gesserint bella civilia.

753. Bellorum in sumptus quae Pompeius collegerat ad belli auxilia necessaria.

755. Tagus Hispaniae fluvius, ubi aurum nascitur vel solet inveniri.

W Extulit aut expulit.

W'G' 756. Arimaspus hi barbari sunt, qui fragmenta auri colligunt, qui singulos oculos habere dicuntur.

---

2 Nec *U* ‖ 3 designant *W'* ‖ 4 ut *om.* *W'* ‖ 6 illic *W'* ‖ 8 nonventus *W* | dicit *G'AR'* ‖ 9 nevereatur *W'* ‖ 16 fugare vis sequestras sic licet ut *W'* in *om.* *G'* ‖ 19 nulla. Nulla res *G'* | properantes .. 20 perrumpunt *om.* *G'* ‖ 21 Scire volunt. vel ruunt id *G'* ‖ 22 gesserunt *G'AR'* ‖ 23 quas *W'* ‖ 24 necessarias *U* ‖ 25 fluvius hispaniae *U* ‖ 26 inveniri · Ideo ceteris fluviis (fluvius *P*) est platus *G'* ‖ 28 harimaspus *W'*

757. UT RAPIANT ut haec, inquit, omnia rapiant, parvo se credunt sua scelera vendidisse.

760. DECIPITUR id est in fraudem se existimat incidisse.

761. CESPITE P. S. id est in his locis quiescunt Caesariani milites, in quibus intra castra requiescere Pompeiani consueverant senatores.

CAESUM vel cassum. 'Cassum' vacuum.

765. THESSALICAM MISERIS si 'miseri', ipsi versant, si 'miseris', his quies versatur.

766. INVIGILAT C. hoc enim in somnis vident, quod per diem admisere crudeliter.

769. INSPIRASSE ANIMAS id est occisorum animas ad superos remeasse, quae ex[er]citarent eos, a quibus fuerant interemptae.

770. FORMIDINE[M] NOCTEM subaudimus 'infectam putem'.

772. SIBILAQUE ET F. scilicet ut agitari furiis crederentur.

776. OMNES IN CAESARE M. singuli, inquit, singulos videbant, Caesar universos.

MANES id est sunt. W'E

777. SCITHICA IN ARA Orestes furens in Taurica regione W'G' a sorore Iphigenia, Dianae Scythicae sacerdote, sanatus adseritur. Nam illo Iphigenia translata est, cum in locum eius esset cerva subposita.

780. AUT CUM D. A. acute dictum 'cum desisset'; maior enim furor est, cum resipuit, quia tunc se parricidium fecisse cognovit.

781. HUNC O. G. Caesarem.

15.

---

3 fraude *W* || 4 caesarii *G'* || 7 'Cassum'] · i · vanum et *U om. G'* || 8 si *om. W'* | ersant *W* || 9 his *om. U* | quies] quibus *G'* || 10 somniis *U* || 13 remeasse . . . eos] ent eas *G lac. VIIII litt. et* eas *P* || 15 putem *om. U* || 16 stimulis crederetur furiis *G* crederetur *G'AR'* || 18 universos manes. *G'* | 21 iphigenia *pr W* ephigenia *W'* yphigenia *G'* | sanatur *W* || 22 illo *WG'*] in illa *U* || 23 sublata *U* || 24 D.] dedisset *W* | dedisset' *W* maiorem enim furorem *G'* || 25 resipit *U* respicit *W*

782. AUT ULTRIX V. DIES subaudimus 'est'.

STRINGENTE SENATU diem illum dicit, quo in senatu occisus est a Bruto et Cassio et reliquis multis senatoribus.

784. MENS CONSCIA nam ipsa est, quae efficit insanire, ut ait Cicero pro Roscio ⟨24, 67⟩ 'suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae sunt impiis assiduae domesticaeque Furiae'.

786. POMPEIO VIVENTE V. nam peiora pateretur, si ad eum et Pompei umbra venisset.

WAR' TAMEN OMNIA P. id est Caesare.

W'G' 788. NULLA L. F. R. hoc est: Caesar cum crudele spectaculum videret, non horrebat.

791. SEDENTIS IN TABEM putrescentis.

792. ET MAGNI N. P. in cadaveribus scilicet.

W 794. NON vel nunc.

W'G' NON CERNERE TERRAM si 'non cernere' legimus, id est ut videri terra non possit, cum sit tecta corporibus; hoc sequenti versu est executus.

WR' 797. PERDAT[I] id est Caesar.

W'G' 799. INGERIT EMATHIAM ut sidera videant crimen admissum de morte tantorum.

POENUS HUMATOR Poeni licet hostes essent, sepelierunt tamen cadavera principum Romanorum, id est Pauli consulis, qui Punico bello occisus ab hostibus est sepultus.

800. CONSULIS ET LIBICA S. L. C. Tiberius Gracchus consul in Lucania interfectus a Poenis, ab Hannibale est sepultus, cum adhuc eiusdem Gracchi armatus staret exercitus. Hic autem a Flavio quodam Lucano hospite suo per colloquium est proditus Poenis.

---

2 illam *et* qua *G* | 6 haec *W'* || 7 ferae *W'* || 9 pompeio *W* || 12 videre non horreret *W'* || 13 sedentis *W om. cett.* | 15 Utrumque dici potest: 'non' et 'nunc' U_2 || 16 legerimus *U* | id est *et* cum sit *om. G* || 20 ingente mathiam *W om. U* || 22 POENUS . . . hostes] hannibal scilicet et poeni hostes licet *U* || 24 est *om. U* || 29 ó fluuio afluuio *W* a fulvio *U* | apud fluvium quendam a lucano *G'AR'*

801. Compellunt ordo: non illum compellunt. W'AR'

803. Cives esse ut haec causa sit non donandae sepulturae, quod scit eos cives suos fuisse, non hostes. W'G'

805. Interpositis separatis.

806. Aut generi s. p. i. Pompei scilicet.

809. Nil agis hac ira [per haec intra] tanto cruciatu afficiatur corpus, cum iacuit insepultum. W'

808. Ab aequore f. ut haec sit poena Pompei, si in longinquo positus videat suos concremari. W'G'

811. Finemque s. s. c. d. hoc est: postquam interempta fuerint, nihil requirunt, an ipsa sibi finem afferunt, cum tabescunt.

814. Communis m. s. e. r. ἐνπύρωσιν dicit futuram orbis et caeli.

815. Quocumque id est animam. W'E

Fortuna v. hoc dicit: in morte nulla discretio est, sed omnes animae simili sorte retinentur; unde et tibi omnes pares scito, Caesar, futuras esse post mortem. W'G'

818. Libera f. m. a fortuna; hoc est: fortunae mors non est obnoxia, cunctis est quippe communis. Nam vita fortunae, a qua regitur, mancipata est.

823. Tabentes et labentes. W

824. Victore fugato feras enim fugiunt, quae ad cadavera consumenda venerunt. W'G'

825. Haemonii Thessalici.

826. Bistonii venere l. Thracii, quia Mars illic colitur, in cuius tutela sunt lupi[, ursae, ursi].

828. Latebras id est deseruerunt. WG'

Obsceni ut Virgilius 'obscenique canes'. W

---

1 compellunt *AR'*] *om.* *W'* ‖ 6 per haec intra *exh.* *W* ‖ 9 longo *G'* ‖ 11 an *Weber* at *G'AR'* aut *W'* | ipsas ibi *W* | sibi *om.* *G'* ‖ 13 ENTYPWCIN *W'* ENΠIPACYN *G* ЄNΓYPACIN *P* ЄNΓIPACIN *A* ENΠIPACIN .i. incensionem *R'* | futurum *G'AD* ‖ 16 vocavit *W* | hoc] ex hoc *W'* | morte *AR'* mortem *W'G'* ‖ 17 et tibi *et* 18 pares *om.* *U* ‖ 18 partes *G'* ‖ 19 a *R'* ea *W'P* *om.* *AG* ‖ 21 vitae *U* ‖ 23 feras] servi *G'* | qui *G'* ‖ 27 ursae ursi *om.* *G'AR'* | et ursi *U* ‖ 29 Virgilius] *ge.* *I* 470

W′G′ 832. Vos q. N. m. s. ordo: vos aves, quae Nilo mutare soletis. Grues dicit, quae initio hiemis a Thracia in Libyam veniunt, quae Libya non longe a Nilo et Aegypto separata est.

833. Ad mollem s. a. dum praedam de cadaveribus exposcitis.

837. Stillavit r. a. ut Vergilius 'spargit rapida ungula rores sanguineos'.

840. Deiecit vel proiecit.

841. Si quoque n. o. p. id est cum ab avibus manderetur.

842. Inque feras d. a. sic quoque non abit.

Non intima curant id est ferae.

845. Fastidita iacet invidiose dictum, ut fastidiant canes et aves cadavera Romanorum, nec sic tamen accipiant sepulturam.

Quam sol longior aestivus scilicet.

847. Thessalia i. ad vicem epilogi finit querelis. Tellus ordo: Thessalia tellus.

851. Quem seges infecta s. quippe de tabe vel sanguine.

853. Ante novae v. a. quam aut vetustas tibi haec belli damna caedat aut seges non infecta nascatur, novae venient acies; postea enim apud Philippos in Macedonia bellum civile gesserunt Brutus et Cassius, ut ait Virgilius 'bis sanguine nostro Emathiam et latos H. p. c.'.

856. Radice id est quos natae arbores dissiparunt.

858. Plus cinerum H. hoc dicit: plus cineris quam terrae habere coepit Thessalia. Et est ordo: plus Haemoniae sulcis cineris aratur quam telluris. Aut sic

---

1 quae *om.* *W′* || 2 quae in in. *U* || 7 stilla . i. u. t. *W om. cett.* | Vergilius] *Aen. XII 339. 340* || 9 ⟨deiecit⟩ proiecit *AR′* || 10 tum *W′* || 11 abiit *U* || 14 canes et *om.* *W′* | mortuorum *G′* || 16 scilicet *om.* *U* || 17 ad vicem *W′* | finite piligi|cum *W* finit epilogum *U* ad finem (fidem *P*) ponit epilogum *G′* || 19 *leg.* Quae | scilicet *U* | et *U* | de *et* vel sanguine *om.* *G′* || 20 antequam *U* || 23 *post* Cassius *add.* U_2 *V* contra augustum ut . . . 24 p. c. *om.* *U* || 23 Virgilius] *ge. I 491. 492* | 27 pulveris *U* | est ordo *om.* *U*

accipimus: Haemoniae telluris plus cineris aratur quam sunt aut possunt urnae habere maiorum.

859. DENTIBUS id est aratris. WAR'

860. NULLUS σύγχυσις. W'

LITORE FUNEM totus pendet hic sensus usque ad illum versum ⟨868⟩ 'si non prima nefas belli, sed sola tulisses'. W'G'

862. ROMANI B. P. ipsam terram bustum Romani dixit populi.

865. VELLERE eripere. WG'

866. VEL SOLIS INIQUI διὰ κεκαυμένην; dicit plagam, quae est inhabitabilis, aut illas duas frigidas, quae et ipsae inhabitabiles asseruntur. Talis, inquit, haberetur et Thessalia, si sola civili esset maculata certamine. W'G'

868. SI NON P. N. B. S. S. T. ordo est: nullus ad te accessisset aut arasset nullus et reliqua nullus fecisset, nisi de hoc minus fugienda videreris, quia non te solam macularant bella civilia, sed primam.

869. ODISSE NOCENTES nam vos omnes nocentes facitis, ut omnes non possimus odisse. WG'

870. QUOD TOTUM ABSOLVITIS dum enim totum orbem nocentem facitis, crimen eius absolvitis, quia ubique pollutus est. W'G'

871. FLEBILIS U. P. in Sicilia enim adversum Sextum Pompeium, Pompei filium, dimicatum est.

872. ET MUTINA haec civitas in Italia, ubi adversum Gn. Pompeium, Pompei filium, dimicatum est. W'AR'

ET LEUCAS in Actiaco adversus Antonium. W'G'

PUROS FECERE societate sui scilicet criminis copulata. WG'

1 quam *om.* *G'* || 2 sint *et* possint *G'* || 6 tulisset *W'* || 8 imperii *W'* || 10 αιαյεκαϒμεννεν *W* αιαρ καϒμενεν *U* *om.* *G'* 12 sunt *U* || 14 S. T] f. t. *W* *om.* *UG'* | ordo *leg.* sensus || 15 aut ...17 primam] navita *G'* || 15 nullus ... nullus] et reliqua nullus *U* || 20 *leg.* QUID | orbem *om.* *W'* | 22 pollutum *G'* || 25 in Italia] italiae *UAR'* || 27 activo *W*

Expt LIBER · VII · INCIPIT LIB̄ · OCTAUUS *W*

· m · LVCANI · LIBER · VII · EXPLICIT · JNCIPIT ARGVMENTV̄ LIBRI, ··· VIII

~~SEPTIMI~~ · *E* *sed* VIII *ab altera m.* INCIPD̄ELIBRO VIII · *A*

PaUE

ARGUMENTUM LIBRI OCTAVI.

Etiam Pompeio fugiente ad Corneliam confluxisse magnam partem copiarum cum navigatione; dimissum Deiotarum ad petenda Parthorum auxilia; habitum consilium de deligenda fide rerum; sententia Lentuli suadentis, ut Aegyptum confugeret, victum Magni propositum Parthos volentis petere; auctoribus Pothino et Achilla occisum Pompeium iussu Ptolomei et caput eius abscisum; sepulturae furtim datum truncum.

W'G' 1. IAM SUPER HERCULEAS FAUCES fauces inter montes dicit Ossam et Pindum, quos Hercules [aperuit vel] separavit.

3. STIMULISQUE N. id est cursum etiam stimulis urguentibus negantem.

WG' 5. PAVET ILLE id est Magnus.

6. MOTORUM V. N. ut ait Virgilius 'nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis suspensum'. COMITUMQUE SUORUM pavet fragorem.

W'G' 7. QUI POST TERGA id est fragor.

REDIT et venit.

WG' LATERIQUE TIMENTEM id est fragor Pompeium exanimat.

W'G' 9. NONDUM VILE SUI P. scit adhuc pro gloria ab hostibus accipi, si iam miser factus Pompeius tamen esset occisus.

10. SEQUE MEMOR F. cuius fuit ante bella civilia.

2 ad *om.* *Pa* || 3 demisum adiotarum *Pa* | demissum *E* || 4 consiliū (ū *ex* a) deligenda *Pa* | deligenda *E*] eligenda *U* | 5 fidē *E* || 9 truncum · expLICIT ARGVMENTV̈ · JNCIPIT LIBER · VIII · FELICITER · *E* || 11 dicit inter montes *U* | 15 Virgilius] *Aen. II 728. 729* | omnis *G'* || 16 omnis susp.] omnem sonum *G'* || 19 vel *U* | 22 pompeium *U* | pompeius factus *G*

13. NON PATITUR T. id est quia erat omnibus notus, latere non poterat.

14. CLARA vel nota. WG'

15. CUM PETERENT nescientes adhuc Pompeium esse superatum. W'G'

17. VIX IPSE FIDELIS cum ipse fugiens videretur, vix ei credebatur fugisse Pompeium; adeo miraculo excluserat veritatem.

18. MAGNO QUICUMQUE M. pudorem incutit Magno, quicumque novit Pompeium esse, qui ista patiatur.

21. LONGI FORTUNA F. tantum ei fortuna nocuit adversa, quantum secunda praestiterit.

22 QUAE T. P. F. quod nobilem hominem gravius consuevit affligere.

23. URGET ut sibi aequet miseriam felicitas antecedens. W'AR'

24. NUNC FESTINATOS quos puer meruit, ut ad felicitatem citius perveniret. W'G'

NIMIUM S. nam de Domitio et Clupianis fugitivis annos natus decem et octo triumphavit; ideo dictum est 'festinatos nimium'.

25. LAURIFERAE D. S. I. in Syllanis enim castris fuit, ut ipse in primo ⟨326⟩ ait 'et docilis Syllam scelerum vicisse magistrum'.

26. NUNC ET CORYCIAS C. in Coryc[i]o enim civitate piratas, quos illic vicerat, colere rura praecepit.

ET PONTICA SIGNA id est Mitridatem, Ponti regem, quem iste superavit.

27. PIGET et pudet.

28. ET VITA SUPERSTES ut fecit in Magno.

---

1 T. *G'*] n. *W* | notus *om.* *UV* ‖ 2 potuit *U* ‖ 3 nota *in P eras.* | ⟨clara⟩ nota *AR'* ‖ 4 nescientes scilicet *U* ‖ 11 ei *om.* *W'* ‖ 13 T. *G'*] tantum *W* | gravis *G'A* ‖ 16 ad infelicitatem *W* ‖ 17 velociter *U* ‖ 18 cleopianis *GAR'* deopianis *P* clepianis *W'* clepaanis *Wpr* | fugitivis *U*] fugitivus *W* *om.* *G'AR'* ‖ 19 XVIII *U* | et octo *om.* *G* | dictum nimium festinatos *U* ‖ 22 sceleris *Luc.* ‖ 23 superasse *U* ‖ 27 ipse *UAR'* ‖ 28 vel *UG'*D_2 | pudet *eras. in P*

29. Fine bonorum ut unus quisque tunc pereat, cum huius felicitas terminatur.

30. Et celeri p. t. l. 'praevertit' antevenit, ut ait Virgilius 'cursuque pedum praevertere ventos'.

31. Dedecori est f. p. maior enim est pudor a summis ad extrema venire.

32. Nisi morte parata id est nemo fortunatus debet dici, nisi postquam perierit. Nam viventibus fortunatis possunt adversa contingere et incipiunt non esse felices.

WG' 33. Litora contigerat scilicet Magnus.

W'G' 35. Trepidum legitur et Magnum.

WG' Impar id est brevis.

W'G' 36. Flumineis v. t. v. quae etiam in vadosis locis propter brevitatem suam tuta vix esset.

WG' 38. Leucadii montis Epiri.

Cilicum dominus id est Pompeius, qui eos vicerat.

W'G' 40. Conscia curarum id est ubi uxor eius erat constituta Cornelia. Ordo est: qua tellure tunc latebas, Cornelia, m⟨a⟩estior quam si in mediis campis Emathiae stares.

WAR'V 43. Presagia ut ait Virgilius 'praesaga mali mens'.

W'G' 45. Thessaliam id est per totam noctem bellum Thessaliae contuebatur.

49. Quaerere nec quicquam id est ne contraria nuntientur.

51. Summa finis.

54. Cum possis iam flere t. timor enim de incertis est malis, luctus vero de certis.

26—27.

---

3 ut . . . 4 ventos *exh.* *WAR'V* || 4 Virgilius] *Aen. VII 807* | cursusque *AR'V* | ventos] mentes *R'* || 6 venisse *G'* || 8 perient *W* || 9 incipient *U* || 11 legitur et *WAR'V*] vel *UG* | *schol. v. 33. 35. 35 eras. in P, vestig. rest.* || 14 vix tuta *U* | vix esset] vixisset *G* vexisset *P* || 15 eupuri *W* || 17 ibi *W* | Vbi cornelia uxor *U* || 20 ait *om.* *AR'V* | Virgilius] *Aen. X 843* || 23 nuntiarentur *U* || 26 possit *G'* | malis incertis est *U* || 27 certis et manifestis *U*

55. PROSILUIT id est Cornelia.

NOTAVIT circum aspexit, ut ait Cicero 'notat et designat oculis', hoc autem dicit 'aspexit crudele crimen deorum'.

CRIMENQUE D. C. id est Pompeium tam humilem revertentem.

56. DEFORMEM P. D. 'notavit' in omnibus subaudimus. WG'

VULTUSQUE PREMENTEM aut ipsum prementem vultum canitie accipimus, quod notavit, aut canitiem notavit, quae vultus premebat.

58. OBVIA NOX caliginem enim animi repentino dolore toleravit. W'G'

61. SPE MORTIS DECEPTA I. putabat enim se perire, quod exanimata est.

IACET vel tacet. WG'

63. QUEM POSTQUAM FAMULAE iam exanimata domina videre non poterat. W'G'

64. NON ULTRA GEMITUS T. hoc dixit: famulae sibi non amplius permisere de fatis queri quam tacito gemitu. Flere enim idcirco nolunt, ne dolentem dominam vehementer affligant.

INCESSERE pulsare, invadere, ut Virgilius 'incessi muros, ignes ad tecta volare' [duodecimo ⟨596⟩].

FATUM et factum. W'

68. COEPERAT IN SUMMUM id est coeperat sanguis Corneliae ad extrema usque membra revocatus Pompei sentire contactus. Nam sanguis se timore ad interiora collegerat, W'G'

1.

2 ut . . 3 deorum *exh.* *W'* ‖ 2 Cicero] *in Cat. or. I 1, 2* 3 haec *U* | aspexit crudele c. deorum id est pompeium *U* aspexit · K · Crudele crimen deorum id est pompeium *W* ‖ 7 aut ipsum prementem *exh.* *G'* ‖ 8 caniciem *W* | quod notarit *WG* ‖ 14 *schol. eras. in P* ‖ 15 iam enim exanimatam videre non poterant (-at *P*) *G'* ‖ 17 dicit *G'AR'* ‖ 18 de] non *U* | quam *om.* *G'* | 21 invadere *om.* *G'* | ut . . . 22 duodecimo *exh.* *W* uigil *W* ‖ 23 vel fatum (*sic*) *U* ‖ 26 contactus] manus *U* collegit *U*

ut ait Virgilius 'frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis'.

WG' 71. IMMODICOS sine modo.

W G' 74. FRANGIS ordo: cur nobile corpus frangis?

ADITUM et habitum. 'Habitum' id est speciem, ac si diceret 'genus', ut Virgilius 'habitusque locorum'.

75. LAUDIS IN HOC SEXU sensus hic est: habes, unde in perpetua laude verseris: coniugem miserum. Nam in femina non armis aut legibus custoditis gloria comparatur, quia sexus infirmus est, sed tantum si maritum dilexerit, cum sit factus infelix.

W'AR' 77. ET TUA CUM F. P. D. ut videar paene non victus, si in eodem apud te quo semper fui amore duravero.

W'G' 78. QUOD SUM V. A. sive quia cito ad te redii, sive quia amorem mereor ex miseratione maiorem.

W'AR' NUNC SUM TIBI G. M. ipsum se maiorem gloriam dixit uxoris, quod eum sit sola secutura ab omnibus derelictum.

W'G' 81. DEFORMIS A. V. M. hoc cum indignatione dictum est: cum adhuc maritus vivat, tu maeres et squales

82. SUMMUS ET AUGERI V. D. hoc est a te vetitus. Nam cum summus ille sit dolor, cum maritus amittitur, tu sic modo doles me vivente, ut nihil addere ad maerorem valeas, cum fuero interemptus.

83. ESSE FIDES LUGERE V. id est tunc vir lugendus est, cum iam nihil aliud possit accidere, scilicet cum perisse constiterit, non, cum adhuc sit incertum.

85. QUOD DEFLES I. A. id est si me vivente, sed misero non desinis lugere, Cornelia; constat ergo te nunc usque

1.

1 ut . . . 2 sanguis *exh.* *WA* | Virgilius] *Aen.* *X 452* || 4 cur *U*] *om.* *WG'* | corpus] corpus vel robur *U* || 5 et *WG'*] at *UA* | Habitum *exh.* *PA* | id . . . 6 locorum *om.* *U* || 6 ut . . . locorum *om.* *G'* | Virgilius] *ge.* *I 52* || 9 feminam *G'* || 13 aput *W* | amore fui *U* | duravero *AR'*] durare *W'* || 14 adterean sive *W* adte remeans sive *U* || 19 maere[s] · set · i. quales *W* | et squales *om.* *U* || 20 a te vetitus *G'*] utu & it' *U* utu ent' *W* || 21 fit *W* || 2? ad *AaR'*] *om.* *W'G'* || 26 non . . incertum *om.* *G'* || 28 ergo *om.* *W'*

non Pompeium amasse, sed fortunam meam, quam nunc plangis afflictam.

86. Correpta castigata.

88. Invisi Caesaris issem non quo Pompeio Caesarem praeferat, sed ei idcirco nupsisse vult, quia infelix ipsa Caesari posset talem fortunam adferre.

89. Et nulli laeta marito primo enim in matrimonio Crassi fuerat, qui occisus est apud Parthos.

90. Bis nocui mundo bis ex meo fato orbis haec patitur semel morte Crassi, nunc Pompei fuga.

Pronuba ducit E. ut Virgilius ʽet Bellona manet te pronuba'. WAR'V

94. A causa m. a Pompeio, qui iustius dimicabat propter me cuncta numina recesserunt. W'G'

95. Indigne meis ʽindigne' sic accipiamus, non quod haec melior sit, sed quod Pompeius indignus sit in tantum eius fato venire discrimen.

96. In tantum fortuna c. id est in te, ut per me fieres infelix W'P

98. Quo sit tibi m. a. me, inquit, occide, ut omnia iam prospera consequaris. W'G'

99. Totusque p. orbis id est quo sit tibi. WPAR'V

100. Sparge mari c. id est me. W'G'

101. Dependisse c. ut tunc perissem, cum adhuc eras felix et in eadem felicitate nunc esses.

Lu⟨s⟩tra expia scilicet me perempta.

104. Placataque p. c. [Iulia c.] ad satisfactionem Iuliae hoc posuit, quod se negat uxorem fuisse, sed p⟨a⟩elicem.

3. 11.

2 affectam *W* effectam *U* 5 proferat *G'* vult *G'*] volo *W'* | ipsa infelix *W* 6 auferre *pr U* | 7 primum *G'* prius *U* || 8 ad *U* 9 ex *G'*] id est *W'* || 10 fuga pompei *UAR'* || 11 manet te pronuba *R'V*] manete pronuba *A* mane t· *W'* || 13 Ac *G* *lemma om. W'* | a parte pompei *G'AR'V* | iustus *G'* || 17 fata *W'* fatum *P* || 22 quo *WP*] ut *AR'V* || 24 esses *GAR'* || 25 felix] feras *W* tunc *W* | mansisses *U* || 27 Placata·p. *G'* | iulia·c. *exh. W* *lemma om. U* Iuliae *om. W'* | 28 hoc *W*] haec *U* *om. G'* | possunt *G'* se *om. G'* | fuisse *om. U*

108. Lesbos hoc est: qui non flevit in Thessalia, flevit in Lesbo.

111. Tanti pignus s. m. quod illic Corneliam incolumem custodivimus.

113. Dignere vel una 'dignere' id est dignos habeas nos, in quibus vel una nocte remoreris. Alii sic distinguunt 'vel una' nocte tua fac, Magne, locum, quem cuncta revisant saecula'.

WG' 116. Moenia id est quam nostra.

W'G' 118. Haec iam crimen habent hoc dixit: omnes aliae civitates infidae sunt, quae adhuc possunt veniam promereri; haec ideo tibi fida est, quia offendit Caesarem et tam apud eum est criminosa; nam et coniugem tuam suscepit et te.

W'AR' Quid quod [ut quid quod] ab oportunitate loci sumpta persuasio.

W'G' 120. Certa loci id est multi ad te principes revertentur, cum te in his locis, quae sciunt, esse cognoverint.

Noto reparandum est l. f. ubicumque fueris, potest sciri et ideo ad te libenter accurrent.

122. Accipe id est iuventutem securus apud nos coniugem tuam relinquendo.

128. Mundi nomine id est pro omnibus hominibus laetabatur fidem servare mortalium aliquos, quod iam in terris difficile videbatur.

131. Hac obside Cornelia.

132. Cari et sacri.

---

6 nos *om.* *W'* | moreris *UAR'* || 7 tua · K · fac magne locum quem cunctare vis ante saecula *W* | Fac magne · l. q. c. r. s. menia · id est *G'* *om.* *U* || 11 infidae sunt] invidetur sunt *P* invident tibi *G* | qui *W'* | possunt veniam *om.* *W'* || 13 crimine sa nam *G* crimine sanam *P* || 15 ut quid quod *exh.* *W* | ab *AR'*] ad *W'* | oportunitatem *W'* | sumptam *U* || 17 ad te] an *P* || 18 cum . . . cognoverint *om.* *G'* | cognoverunt *U* || 19 ubi qui *W'* | fuerit *P* | potes *G'* || 20 scire *W'* | occurrent *G'* || 21 Accipe · t · securus *G'* || 23 laetabitur *W'* || 24 iam *om.* *W* || 26 corneliam *W* || 27 et] vel *UG'*

134. CUM CAESARIS IRAM sensus hic est: uxorem vobis fugiens dereliqui, ob hoc iratus est vobis Caesar. Tantum ergo confido de vobis, ut ad vos venire maluerim, cum possetis hodie me occiso iram Caesaris mentemque placare.

135. CONIUGE mea scilicet. WG'

137. NOCENTIS cum uxorem commendavi, feci, ut vos noxios Caesar iudicaret; hoc fecisse sufficiat. Nunc ad vos venire non debeo, ne nocentiores faciam me recepto. W'G

138. AGITANDA P. O. omnium populorum animos explorare vult circa se quales sint.

140. REGESQUE ADMITTERE M. in utroque, inquit, es gloriosa, sive me sola recipis, sive et aliis das exemplum, ut me suscipiant.

141. QUAERERE CERTUM ut explorem. W'G

142. FAS Q. IN TERRIS id est ibi adhuc iustitia perseveret, ubi fuerit ipse susceptus, ibi scelus, ubi ad Caesarem se contulerint civitates. W'G'

146. NON EXIRE VETENT nam intrare etiam inimici patiuntur, ut capiant

150. POMPEIUMQUE M. subaudimus 'ingemuit populus', quod postea dicturus est. WG'

151. AST ILLAM Corneliam scilicet.

156. OS PUDOR Corneliae scilicet.

157. NULLI MINUS hoc est omnibus hospitalis. W'G

158. QUASI CONIUGE VICTO Cornelia, cum adhuc Pompeio fortuna esset incolumis, tam humilis omnibus obsecuta est, quasi iam maritus eiusdem superatus esset a Caesare. W G'

1 IRAM (*W*)] a. *G'* | 2 vobis *om.* *W'* || 3 cum] cō *W* || 4 placere *P* 6 Nocentes *G'* *om.* *U* | cum enim *U* || 7 caesar noxios *U* || 8 vos faciam recepto me *G'* || 10 circa *W'*] erga *G'AR'* || 13 ut me susc. *W'*] me prima suscipiens *G'* || 15 Q. *G*] *om.* *W'P* | terra *U* | ubi *U* | perseverat *G'* 17 se *om.* *U* 19 capiant pompeiū quē audivimus *G'* || 20 ingemuit populus *om.* *G'* 22 cornelia *W* || 24 MINUS (*W*)] gravis *Luc.* | hospitalis fuit *U* || 25 corneliae. Dum *G'* || 26 incolū ista *G'* 27 eiusdem *W'* eius *G'R'*

160. Nec quibus abscondit sensus hic est: iam sol occidens medius erat maris in fluctu, sed nec apud nos erat totus, quibus occidebat, nec apud antipodas, quibus nascebatur, quippe absconditus orbis eius medius apparebat.

W' Nec si quibus e. o. bene 'si' addidit; est enim in dubio, an mare habeat antipodas. Est autem sensus: nec totus erat, quibus exerit orbem, si tamen ⟨sunt, quibus⟩ exerit.

W'G' 162. Foederis urbes haec omnia sibi Pompei fingit animus dispositione curarum.

W 163. Impia et invia.

WG' 164. Arva 'adeunt' subaudimus.

W'G Austrumque iacentis id est mundi.

W'G' 165. Saepe labor m. id est desinit cogitare et interdum cuncta remittit labor, quem Pompeius est passus, qui labor semper ad curas maestus est et odit omnia, quae futura sunt.

WG' 167. De cunctis consulit a. ipse Pompeius.

W'G' 168. Mensura s. unde futurum mare cognoscat prosperum.

170. Aut quotus in plaustro L. id est quae stella in septentrione cursum navium mittat ad Libyam.

171. Taciti servator O. 'taciti' magni, ut Virgilius 'luminibus tacitis'; alibi 'tacitae per amica silentia lunae', item alibi 'tacitumque obsedit limen Amatae'.

173. Numquam s. p. septem enim stellae sunt, quae motu axis feruntur errantes; has nauta non sequitur.

W Tacitos et miseros.

W'G' 175. Axis inocciduus qui numquam occidit.

Gemina clarissimus a. Helicen dicit et Cynosuram.

11. 28.

2 occidens . . . sed *W'*] occidentem petens medius mersus erat in fluctus. et *G'R'* || 3 quibus *om. W'* || 4 eius *om. W'* | 5 dubium *W* || 6 est enim sensus *U* || 7 quibus . . . exerit *om. U* | si] ita *cod.* || 11 arma deum subaudimus *W* || 13 id . . . 14 remittit labor *om. U* | quia *G'* || 15 maestus] in estus *U* || 18 s.] secundi *W om. U* || 20 mittit *U* || 21 'taciti' *om. U* | *nil nisi* magni *exh. G'* | Virgilius] *Aen. IV 364* || 22 alibi] *ibid. II 255* || 23 item *om. U* | alibi] *ibid. VII 343* || 25 errantes *W'*] Errant enim · *G'* || 26 ⟨miseros⟩ vel tacitos *U*

176. Ille axis scilicet. WG'

Hic mihi semper in a. ut non casu, sed ratione contingat. W'G

177. Ceruchis antemnae curnua sic vocantur. W'G'

179. Ab arbore summa id est a navis arbore descendere videtur in fluctus, cum inferior efficitur.

180. Arctophilax ipse est arcturus dictus ideo, quod ab arcto non recedat, sed eum custodiat.

181. Inde Canopos nomen [est] stellae in austro positae.

182. Caelo contenta v. quoniam in australi parte posita non accedit ad borean, ideo et timens dicta est. Non enim a nobis videtur.

183. Perge sinistra id est si per sinistram illius W'AR' pergas stellae, ad hanc regionem venies.

185. Quo nunc pede funis in navi, ut Virgilius 'una W G' omnes fecere pedem'.

188. Longius oris nec ad Emathiam vult ire, ubi Caesar et bellum est, nec ad Italiam, quia pudet venire superatum.

190. Cetera da ventis id est cetera sic age, ut te ventorum facile flatus impellat.

Comitem Corneliam dicit. WG'

191. Depositum pignus, ut alibi ⟨II 72⟩ 'depositum, W' Fortuna, tuum'.

Quae litora vellem hoc est: cum ad Lesbon Corneliae W'G' amore properabam.

195. Quas Asine c. Asine castellum est Spartanorum.

199. Mutavere sonum id est aequora conversione navis aliter sonare coeperunt.

21. 26.

3 Ceruchis (*G'*)] arbore s. *W* || 4 a navis *W'*] naulo *G'* arbore] ab arbore *U* || 6 arcturus id est bootes dictus *U* || 7 arctos *pr U* arctis *U* || 8 est *om. W'* || 10 et] haec *G'* || 11 *om. W'* || 14 nave *U* | ut . . . 15 pedem *om. UG'* | Virgilius] *Aen. V 830* || 17 quia . . . 18 superatum] ubi superatus est *G'* || 24 est ad lesbos cum amore corneliae *G'* || 25 properabam *om. G'*

201. Inoffensae c. a. m. 'huic rei' accedere declinavit.

202. Et sidera texit maiore luce operuit.

203. Quicumque procella id est de parte Pompei.

205. Occurrit natus Sextus Pompeius, filius Magni.

WAR'V Fidelis id est occurrit.

WG' 207. Ministros aut faventes.

W'G' 209. Iubet ire in devia m. id est Pompeius.

210. Deiotarum Gallograeciae regem.

Qui sparsa ducis v. l. ne miremur, unde in his terris Deiotarum invenerit, hoc poeta disseruit dicens 'qui sparsa ducis vestigia legit', id est qui inter ceteros fugientes vestigia Pompei est consecutus.

W'AR' 211. Quando quoniam, ut Virgilius 'quando haec te cura remordet'.

W'G' 212. Qua Romanus erat quoniam quidem per Emathias clades amisimus totum orbem, qui erat sub ditione Romana.

213. Populosque Parthos dicit et ceteras orientis partes.

W Bibentis ut Virgilius 'qui Tiberim Fabarimque bibunt'.

W'P 214. Securum a Caesare T. qui nondum Caesaris sentit iniurias.

W'G' 215. Magno querentem id est te Pompeio fata quaerentem.

217. Mutare diem [diem] id est caelum.

218. Arsacidae hic Arsacus rex Parthorum est, ut ait supra ⟨I 108. 109⟩ 'plus illa vobis acie, quam creditis, actum est, Arsacidae'.

Si foedera nobis ostendit se cum his societatem inisse.

---

1 occidere *G'* ‖ 2 maiori *UG'* ‖ 4 magni fidelis · *G'* ‖ 6 aut *W*] at *AR'* sibi *G'* | ⟨faventes⟩ vel ministros *U in ras.* ‖ 8 gallo gracchie *W* ‖ 9 Qua *G'* | nec miraremur *U* | his terris] historiis *G* hystoriis *P* ‖ 10 dicens *om. U* ‖ 11 qui *om. P* ‖ 12 consequutus *U* ‖ 13 i. quoniam *ssc.* pro quandoquidem *U* | ut . . . 14 remordet *om. U* | Virgilius] *Aen. I 261* ‖ 16 totum *om. W'* ‖ 17 ceterasque *G'* | gentes *U* ‖ 18 Virgilius] *Aen. VII 715* ‖ 20 sentis *U* ‖ 21 *nil nisi* pompeio *exh. G'* ‖ 23 [diem] *exh. W* ‖ 24 pastorum *P* | est] fuit *UAR'* a quo asarcidae dicuntur *G'AR'* | ut . . . 26 Arsacidae *om. UG'* ‖ 27 Hic ostendit *U* | inisse · K · iam pridem mihi per *W*

219. MIHI PER LATIUM I. TONANTEM id est in quibus firmandis ego per Latialem Iovem iuravi; vobis autem sunt astricta per magos vestros. Dicit autem Chaldeos, qui in Parthia sunt, hos ideo daemonas dicunt.

222. SI VOS O PARTHI ordo est: si vos, o Parthi, inquietare nolui, cum vexarem Alanos et claustra Caspia, nunc mihi vicem reddite auxilia dirigendo.

CASPIA CLAUSTRA Armeniae fines, ut ait Virgilius 'iam nunc et Caspia regna responsis horrent divum'.

223. AETERNI MARTIS ALANOS gens in Ponto, quae perpetuis proeliis inquieta est.

224. ACHEMENII CAMPI ab Achaemene, rege Persarum, sunt dicti.

227. NISEUS HYDASPES fluvius ex Nysa, Indiae monte, descendens.

228. ACCEDUNT P. ad pelagus iter tendunt. WG'

PHOEBI S. AB I. id est orientis solis flammis ego eram W'G' propinquior quam Persae, qui iuncti sunt.

230. SUSTINUI passus sum.

232. EX AEQUO ME P. A. quippe non victus aequalis est mihi.

233. STANT SEMEL ARSACIDAE hoc est: nec semel tantum meo sunt Parthi beneficio liberati.

QUIS ENIM POST V. C. quae nos illic passi sumus, non quae vos pertulistis.

234. IUSTAS LATII C. I. hoc dixit: mortem Crassorum, quae in Parthia facta est, senatus voluit vindicare, sed Pompeius obstitit.

---

1 Iurata *lemma in G om. P* || 2 firmandis *om. G'* | avobis *W* | autem sunt astricta] antes antastricta *W* ante sc̄a stricta *U* autem astricta sunt *G'* || 4 hos *om. W'* | ideo *om. G'* | daemonas *G'*] daemona *W* doemonia *U* || 5 ordo *leg.* sensus || 6 vexarent malanos *W* || 8 ut . . . 9 divum *exh. WAR'* | Virgilius] *Aen. VI 798. 799* || 12 achomene *W'* achemeno *G'* || 14 ex] est ex *G'* || 18 victi *G'A* | 22 semel sunt tantum meo beneficio *U* || 26 crassi *G'*

237. PELLEUM Magnus Alexander Macedo Pellaeus victis Parthis finem posuit, quem numquam excederent, et Euphraten fluvium et civitatem Zeugma, quae in eius est ripis.

238. VINCI ROMA VOLET id est optabit a vobis vinci, si mihi victoriam comparatis.

WER'V REGEM Deiotarum.

W'PAR' IUBENTI vel volenti.

WG' 239. AULA domus regia, ut Virgilius 'illos porticibus rex accipiebat in amplis aulai [in] medio' et 'illa se iactet in aula ⟨A⟩eolus'.

W'G' 241. TYRANNUM regem, quod nunc Deiotarus fecit.

243. ⟨VERUS⟩ PAUPER nam ille simulatus est.

DIMISSO IN LITTORE R. id est Deiotaro.

247. AURA FLUENS id est exiens.

248. TELMESSIDOS in Asiatico mari sinus nomen.

249. COMPENSAT M. hoc est: flexum illum non circuit sinus tanti, sed per altum recto itinere contendit habiturus grande compendium ipse Pompeius scilicet.

W' PUPPI vel mundi.

WG' 251. PARVA causa [est], quare non timeat.

W'G' PHASELIS civitas Pamphiliae.

253. MAIORQUE CARINAE scilicet plures fuerunt in nave Pompei quam in tuis moenibus erat civium multitudo.

W'P 255. IAM TAURUM et mons et fluvius in Cilicia.

W 256. Hoc vel hanc.

W'G' 255. DIPSANTA C. nomen est fluvii veluti ab undis sitientibus appellatum; hic autem de Tauro monte profluit aut in fluvium Taurum decurrit.

---

1 Macedo *om.* *UV* | pelleum vicum *G'AR'* || 2 et *om.* *W'* || 3 zeuma *W'* || 5 optavit *W* || 6 conferatis *G'AR'V* || 8 vel *om.* *P* || 9 Aula *W* *om. cett.* | regiae *G'AR'* | ut ... 11 Aeolus *exh.* *W* || 9 Virgilius] *Aen. III 353. 354* || 10 et] *ibid. I 140. 141* || 12 Tiranno *G'* | regi *G'AR'* | deiotarum *U* || 14 deiotare *W* || 15 ausa *W* || 16 sinus nomen *om.* *G'* || 21 est *om.* *W* || 22 pamphiliae phasele *W'* || 23 navi *G* || 25 *pr* et *om.* *U* | vel fluvius *U* | in Cilicia *om.* *U* || 27 DIPSANTA (*G'AV*)] dipsunta *WR'* *om.* *U* | vel *U* | indis *G'A* || 28 hinc *W'*

257. ET SIBI CONSULTUM quando, inquit, credere posset hoc Magnus, quod pacem undis commisit et ad nullam voluit accedere civitatem, etiam sibimet profuturum? Nam populis proderat ad victoris iram, quod Pompeium nemo susceperat, et huic tamen proderat, quod erat tutus in fluctibus.

259. SINEDRIS locus in Cilicia, ubi consilium Pompeius habiturus est.

260. QUO PORTU id est ad quem portum. WG'

263. ATQUE INSTAR PATRIAE id est qui de vobis magnitudinem civitatis affertis. W'G'

264. NULLIS CIRCUMDATUS ARMIS nullum habens exercitum.

265. MEIS et novis. WG'

266. INGENTIS PRAESTATE A praeposuit 'quamvis' et non subiunxit 'tamen'; est hoc secundum anacoluthon. W'G'

269. EXCUTERE id est a me summovere.

AN LIBYCAE cum apud Carthaginem latuit.

270. PLENIS R. F. fuit enim septies consul; ideo plenis fastis, hoc est ipsius nomine signatis.

271. ME PULSUM LEVIORE M. hoc est: ut in tantum non possim erigere; 'hanc fortunae leviorem manum' dixit, id est validam ad sublevandum.

273. SPARSIT non enim obruit, sed fugavit.

274. IUVARE vel tueri.

276. ET NOMEN Magni; hoc poterit me tueri. WAR'

277. VIRIBUS ATQUE FIDE his enim duobus [modis] aestimantur imperia; id est vos pendite, an adhuc regnum meum integrum sit, cum et vires nobis det Libya, Parthi et Pharos, et fidem integram custodiant, quam mihi debent. W'G'

3 profuturum *A* profuturam *W'G'* ‖ 5 proderat tutum (tutus *P*) esse in *G'* | proderat *om. U* ‖ 7 Syhedris *Usener* | sicilia *U* ‖ 13 ⟨novis⟩ at meis *U* ‖ 14 INGENTIS (*G'*)] Ingentes *W* | proposuit *G'* | et *om. G'* ‖ 15 sibi iunxit *G'* | hoc est *G'* | est . . . anacoluthon *om. U* | acoluton *W* anacoliton *P* -coltion *G* ‖ 19 factis *W* | signatis *G'AR'*] *om. W'* ‖ 21 possint *P* | erigere . . . 22 dixit *om. G'* ‖ 22 valida *G* ‖ 26 modis *om. W'A* ‖ 27 regnum *om. W'* ‖ 28 integrum meum *W'* | det *Oud.* de *codd.*

277. PHARONQUE 'Pharon' Alexandriam dicit, quod ibi primum Alexander pharum fecit, dictum ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι.

WG' 278. SUCCURRERE id est hoc pendite.

W'G' 280. QUO PONDERE V. id est in quam partem mea sit inclinata sententia.

281. AETAS N. ⟨N.⟩ S. T. E. Ptolomei, qui adhuc puer est regis Alexandriae.

282. ARDUA QUIPPE F. sive quae semper difficilis est, sive quae vix servatur in rebus adversis.

283. SOLLERTIA MAURI Iubae regis Mauretaniae, qui semper infidus est astutia fraudulenta.

284. NAMQUE MEMOR G. Iubam dicit, qui de sorore est natus Hannibalis.

285. VANO id est Iubae.

286. OBLIQUO SANGUINE qui a sorore descenderat. Nam rectus ille est, qui exit a viris.

287. ET NUMIDAS CONTINGIT A. id est et maiores Numidarum cognatione contingit.

IAM SUPLICE VARO Varus, qui in hoc bello Africam tenuit, ut ait Cicero 'Varus imperium se habere dicebat; fasces certe habebat'.

WG' 288. INTUMUIT ipse Iuba etiam.

W' VIDITQUE LOCO ROMANA SECUNDO quia, inquit, habuit supplicem Varum, intellexit esse se potiorem et esse secunda omnia, quae sunt Romana.

W'G' 289. COMITES PROPEREMUS IN ORBEM primo dissuasit, nunc iam persuadet.

---

1 quod ibi *W'*] ubi *G'* ‖ 2 dictum . . . φαίνεσθαι *om. UR'* | αποτοýφαινθcoαι *P* αυοτy Φαινεcon *G* αποτογιαιṅecoαι *W* ‖ 4 *leg.* PONDERA | meam *G'* ‖ 9 quae *om. U* ‖ 11 astutia fraudulenta *om. G'* | fraudulentia *U* ‖ 12 hannybalis natus est *U* ‖ 15 qui a *G'*] q< *W'* ‖ 16 exiit *G'* | viris *G*] nobis *W'* ‖ 18 contigit *P* | contingit · qui instabiles interpretantur · *G' idem extat in R'* ‖ 19 Varus . . . 20 Cicero *om. G'* | ut . . . 21 habebat *om. U* ‖ 20 Cicero] *or. pro Q. Ligar. 7, 22* | Varo *P* ‖ 21 habebat · Hic est qui cum curione pugnavit · et ab eo fugatus iubae auxilium quaesivit · *G'AR'*

291. CASPIAQUE INMENSOS S. C. R. Choatraei et Panedri montes sunt, qui orbem nostrum claudunt ad Oceanum, ubi est Caspium mare; haec dicit claustra Caspia.

293. ABRUPTUM EST absolute dictum est 'abruptum', id est divisum mare a nostro mari.

DISCOLOR UNDA mare. 'Unda discolor' hoc est, quod mare rubrum appellatur. W G'

297. ET A NULLA MORS EST vel senis vel pueri. W'A R'

298. SARISAS PELLEAS Macedonicas. Sarisae autem hastae sunt Macedonicae. W'G'

299. BACTRAQUE MEDORUM Bactra nomen est civitatis. Subaudimus autem 'primi fregerunt'.

MURISQUE SUPERBAM muros enim de testa coctili habuit.

300. BABILONA DOMUS definit, quid sit Babylon: Assyriae domus.

301. AUDENTQUE IN BELLA VENIRE id est et ideo audent, quia experti sunt sagittas suas nocuisse Romanis.

305. PARVA NOCENT id est etiam parva. IN SANGUINE SUMMO EST qui iuxta cutem est, ipsum sanguinem dixit 'sanguinem summum'.

307. AEMULA NOSTRIS id est qui similes sunt Romanis fortuna non dispari.

308. IN GENTE DEORUM EST sunt enim religiosi per Chaldeos circa sacrificia celebranda.

309. POPULOS ALIA TELLURE id est Medos.

310. SUIS id est ipsorum.

18.

---

1 Choatraei et Panedri *Wessner*] Coatre idepani *U* choatreide pani *W* Drepani *G'* Hyrcani *Weber* ‖ 2 claudant *W'* | orientem *Genthe* ‖ 3 haec *om. G'* ‖ 4 dictum et est *W* | abruptum *om. U* ‖ 6 mare *exh. W* ‖ 9 macedonis *G'* ‖ 10 macedoniae *P non liq. G* ‖ 13 habuerunt *W'* ‖ 14 diffinit *U* | babilona *W* babilonya *U* | domus as(s)iri(a)e *G'* ‖ 16 id est et *om. G'* ‖ 17 sagittis suis *UR'* ‖ 19 quia *P non liq. G* ‖ 20 sanguinem *om. U* ‖ 21 sint *W* ‖ 23 per *W'*] post *G'A R'*

310. Inmittam hoc dicit: aut 'inmittam ortus suis sedibus excitos', id est Mediam, quae in oriente est, excitabo, aut 'hos excitos inmittam suis sedibus', ut ipsi adversus orientem veniant, qui de ipso oriente venerunt.

312. Supra id est ultra.

Commercia mundi illo, inquit, naufragium meum fortuna compellat, ubi me nullus agnoscet. 'Ultra commercia vulgati mundi' supra eam partem, qua mercatores ire consuerunt perviis regionibus et cognitis.

313. Naufragium meum scilicet.

314. Quae feci quae victor dedi.

315. Haec in membra hoc, inquit, habebo solacium, si in orbe alio iacuero, ne crudeliter aliquid in me facere potuerit Caesar nec pie, nec parcendi nec puniendi in me habeat potestatem.

WG' 318. Orbis parte id est in Roma, ad quam non accedo superatus.

Quantus id est quantus ego fui in oriente.

321. Nomen abit id est vadit

W'G' Redit maiore id est nostrum nomen.

324. Gentem id est Parthiam, ut et ipsa pariter opprimatur.

326. Aut me fortuna vindicet me, si vicerint Caesarem Parthi, vindicet Crassos, si victi a Caesare fuerint Parthi; dabunt enim poenas, quod Crassos in eorum regione perdidimus.

20.

---

1 ortos *W'* ‖ 2 medium *P* medum | qui *G* ‖ 7 agnoscat *GV* | commertium *G'* ‖ 8 supra eam *G'AR'V*] supremam *W'* | quam *G'* ‖ 10 scilicet *om. U* ‖ 11 dedi sat haec *W'* ‖ 12 in hoc *G'* ‖ 13 iacens *W'* | ne . . . in *W'*] dum incrudele in *G'* ‖ 14 pie *W'*] pium *G'* ‖ 16 in . . . non] in romanam patriam non *G'* ‖ 19 vadit *G'AR'V*] it *W* ‖ 20 redit · K · Maiore *W* ‖ 23 *et* 24 vindicent *W'* | me vindicabunt si *G'* | vicerunt *P* ‖ 24 vindicabunt *G'AR'* | si . . . 25 crassos *om. P* | si . . regione *om. G* ‖ 25 crassos *AR'*] crassum *W* | regno *P*

327. SENTIT vel sensit. W G'

329. DOLENDI plus enim ceteris doluit hanc Pompei W'G' suamque fortunam.

330. MODO CONSULE VOCES modo dignas. Nam fuit postmodum in republica plurimum turbulentus.

331. MENTEM id est tuam. W'A

332. SECUNDUM EMATHIAM pro Emathia. W'

333. LIS TANTA DATUR 'litem dare' praetor dicitur, W'G' pro quo sententiam profert; sed hic allegoricos dictum: totumne Emathiae crimen ascribatur, cum tu sis ubique superatus?

335. PEDES id est a quibus opem supplices interim. Ad invidiam commovendam humile verbum posuit, pedes scilicet, quos amplexus est petens auxilium.

QUID TRANSFUGA MUNDI invidiose dictum, quod in ultimas ire vult terras mundi transfuga, tamquam a mundo fugere possit, cum futurus sit intra mundum.

339. FAMULUS vel famulas. W

340. QUID DECIPIS ORBEM decipis, inquit, orbem, cum W'G' eum vis liberum facere dimicando, si iam ille servire contentus est.

341. QUI vel quem. W

342. HORRUIT id est Parthus. W'G'

AUDITU quid si vidisset?

343. AB HYRCANIS ordo: ab Hyrcanis silvis et ab WG' Indo litore.

345. VESANUS qui tam inpossibilia speraturus est. W'G'

346. MENSUS ut speret se posse Italiam possidere, cum te sibi supplice metiatur se Romanis esse potiorem.

---

1 Sensit. Dolendi *G'* || 5 rem publicam *G* rem pu publicam *P* | turbulentus *om.* *G'* || 6 uiam *W'* || 8 litem] item *P* p̄ torē dic̄ *G'* || 10 ascribitur *P* || 14 quo *W* | petens] p̄ cęt̄is in *G'* || 16 vult ire *UG* || 17 sit *om.* *U* || 20 eum] tu *G'* | si iam] suam *U* | contemptus *P* || 22 ⟨quem⟩ vel qui *U* || 24 quid] inquit *G'* || 27 vesanus *bis in* *W* | superatus *U* || 29 sibi *om.* *U* | supplicē eitiatur (ettiatur *G*) se a *G'* | potiorem *WG'A*] meliorem *UR'V*

348. IGNORANS LATIAE hoc est: non poteris apud eos tale aliquid loqui, id quod eis dignum sit. Nam cum illi Latinam nesciant linguam, necesse est te solas lacrimas deferre, quibus possint intellegere se rogari.

350. CLADES UT PARTHIA quas Pompeius inflixit.

W'G 351. ROMA SUAS 'suas' id est de Parthis, ubi perdidit Crassos.

WG' 352. ELEGIT id est Roma.

W'G' 354. PARTHOS TRANSIRE DOCES id est ut ultra Parthos eant clades nostrae, quas antea nec ipsi Parthi scire consueverant.

355. ADMITTERE REGES habere, inquit, posset Roma hoc in hac calamitate solacium, quod non ab exteris regionibus occupata est, sed civi suo servit, id est Caesari. Hoc tu eripis excitando populos tam remotos contra Romam.

356. IUVAT IRE PER ORBEM id est te iuvat ire.

358. CAPTA SEQUENTEM id est quae fuerint ante Romana.

359. SOLUS vel populus.

CELANTE FAVOREM sensus hic est: populus ille, qui solus non venit in Emathiam celante fato regum favorem, id est dum eos celant fata geri bella civilia, ut nulli Parthi reges faventes auxilia declinarent, hic iam venturus est contra victorem, id est contra Caesarem.

362. TECUM id est cum victo.

FIDUTIA G. E. negat hos habere virtutem et hoc exequitur.

363. IN ARCTOIS POPULUS in septentrionali plaga.

364. AMATOR aut 'est' subaudimus aut 'nascitur'.

365. TRACTUS MUNDI ubi sunt Parthi, quos dicit ignavos.

---

2 id *et* eis *om. G'* | tum *U* || 3 nesciat *W* || 5 inflixit *WAR'*] inflexit *G'* infelix *U* || 6 de *om. G* || 11 consuerant *G'* || 16 Romam] caesarem *G'* || 17 iuvat ire *post* te *exh. W* || 19 vel *om. U* || 22 nulli regis parthi favorem declinarent *G'* || 24 contra *ante* Caesarem *om. GU* || 29 *nil nisi* s. est *exh. UG'*

368. Vides Parthus sive tu videbis sive 'vides' ad personam Pompei dictum est, sed more narrantium.

369. Plano id est in planum locum effusa.

370. Superabilis a nemine ille vinci potest libertate fugiendi, quia et patentia ibi et plana sunt loca, sed ubi colles fuerint, non potest dimicare, sed vincitur.

373. Incerto bene 'incerto', cuius ictus incertus est, quippe fugientis, ut Virgilius 'fidentemque fuga Parthum'.

Debilis detractio Parthorum. W'AR'

374. Violenti verticis amnem ypallage pro amnis W'G' violenti verticem, ut ait Virgilius '<Eliadum> palmas Epiros equarum' pro 'Epirotarum equarum Elis palmas'.

376. Exiget aestivum id est toto die non potest dimicare.

378. Sequenti sequente. W

380. Fugax sic enim pugnant, ut fugere iudicentur, W'G' ut ait Virgilius 'et missa Parthi post terga sagitta'.

381. Cessisse loco non enim hoc agit, ut loco pellat inimicum, sed ut suum deserat locum et versus in fugam tutius dimicet, ut ait Virgilius 'fidentemque f. P.'.

382. Inlita tela dolis 'inlita tela' sagittas enim W G' inficiunt de venenis.

384. Quo ferre velint id est ipsi venti, ut in illum W' vulnera veniant, in quem venti perferre voluerint.

385. Ensis habet vires quo Parthi timent uti, quia W'G' non habent robur.

2 narrantiū *W* narratum *P* | 3 locū cu *W* | fusa *U* 5 quia . . . ibi et] ubi *G'R'* et potentia ubi *A* | plena *G'* | 7 ictus *om. G* | 8 ut . . . Parthum *exh. W'AR'* | Virgilius] *ge. III 31* || 10 amnem violenti verticis amnem *W* Amnem · v · v *G'* | υπαλλαγη *AR'* ypallage *G'* *om. W'* | 11 vertice *U* ut . . . 12 palmas *om. U* || 11 Virgilius] *ge. I 59* || 12 palmas exiget · *G'* | 13 tota *UV* || 16 pugnat *G'AR'* | videatur *G'AR'* || 17 ut . . . sagitta *om. U* | Virgilius] *Lucan. I 230* missas *et* sagittas *W* | 18 agit *G'R'*] ait *W'A* | pellat *om. G'* 20 ut . . . P. *om. UG'* | Virgilius] *ge. III 31* | 21 Illita · t · sunt illis · sagittas *G'* | 23 velint permittere · quo ferre velint *W om. cett.* || 25 quo pati timent utique *W'* parthus non utitur *G'* | 26 habet *G'*

387. EXARMANT sagittis enim iactis, quas gerebant, inermes fiunt in prima parte certaminis.

IUBENT id est Medos. Bene autem additum 'iubent', ut necesse sit his redire de proelio, antequam finiatur.

WG' 388. ILLIS id est huius manus illis nulla fiducia est.

W'G' 390. CUM FERRO ferro enim adiungitur [et] venenum.

391. TANTI EST cum invidia pronuntiandum 'tanti est': adeo cupis pudendum tibi auxilium rogari Parthorum, ut illic debeas mori toto a tua terra orbe divisus?

WG' 394. INVIDIOSA TAMEN ut Virgilius 'et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus'.

W'G' Crassus autem ibi iacuit insepultus; nam missus est in Euphraten.

395. MELIOR QUONIAM id est quam uxoris tuae Corneliae sors.

W' Vel pari.

W'G' MORS ULTIMA POENA EST id est mors, quam patieris, tibi haec erit ultima poena, quae quidem mors aut pars est ultima viventium aut certe sors ultima.

397. SUB REGE scilicet et sub rege Parthorum.

WG' 402. AUDET vel audit.

W'G' AUDET id est licere sibi credit et filias et sorores stuprasse, quod lege prohibetur. Si 'audit', sic intellegimus: id est non audit, si 'audet', audet etiam inlicitos concubitus, qui apud se nullis excepti sunt legibus.

406. SPONTE PERACTI quia per ignorantiam Oedipus cum Iocasta matre concubuit, in fabulas missus est, cum hoc non fecerit voluntate.

---

5 *nil nisi* huius *exh.* *G*, s. uius *P* ‖ 6 et *om.* *UG'* ‖ 7 es *W'* | est (*om.* *A*)·i·tanto pretio·adeo (*om.* *R'*) inquit cupis *G'AR'* ‖ 8 pudenda *et* auxilia *G'AR'* | rogare *G'AR'* ‖ 10 Invidiose *G'* | Virgilius] *buc. 1, 48* | tua *W* ‖ 15 mors *W'* ‖ 17 est ultima mors *W'* ‖ 18 erit poena *W'* pars *W'*] rara *G'* ‖ 19 mors *G'* ‖ 20 scilicet . . . rege] s. *U* | et *om.* *G'* ‖ 21 vel audet *U* ‖ 22 Audit *P pr G* ‖ 23 stuprare *G'* | 24 aud^{i} & si *W* | 'audet'] audit *G* | audet *om.* *G'* ‖ 25 qui apud] q< p̄ *U* ‖ 26 ignorantia *P* | oedipos *G* oedippos *P* ‖ 27 fabulam *G'*

407. Infelix †excepit infelix, id est quas excepit. W'

409. Cui fas qui, inquit, hoc sibi licere aestimat, quod putaturus sit non licere? W'G'

Implere parentem gravidare.

410. Clara Metelli hoc est Cornelia. Ideo autem novissima, quia post ceteras venit.

411. Stabit barbarico hoc iam non uxoris est stare, sed pellicis.

412. Regia Magne hoc ad dolorem Pompei pertinet, quod dicat: cum ipsa prima regem esse concubiturum.

413. Venus ordo est: regia Venus non ulli plus vacabit stimulata saevitia.

Titulisque virorum ut hinc libido eius plus ardescat, cum considerat eam tam potentium virorum tenuisse matrimonia.

Virorum Pompei et Crassi, quos habuit haec maritos. W'A

416. Assyriis Assyriae. W'P

Vetustae quam prior maritus Crassus excepit. Sic ergo trahitur, tamquam olim iam [his] esset debita. W'G'

422. Vindicta perit nam cum ferre auxilium tibi coeperint Parthi, iam de his Crassorum mors non poterit vindicari et hoc nefas est, ut, cum arma vos geratis, inulti sint Crassi.

425. Susa Parthorum vel Persarum civitas.

Latus sensus hic est: tanti erat auferre exercitum, qui nunc Dacos prohibet, nudare his latus imperii nostri, dum tamen omnes ad expugnandos Parthos colligerentur.

---

1 excepit . . . est *exh.* *W* | quos *U* 2 *hoc schol. scripsit* G_2 || 3 quod] quidem quod *G'* || 7 stare *om.* *U* | 9 pertinet] corrigit *W'* || 10 quo *W* | primo *G'* | 11 nonnulli *W* || 12 stimulante *G'A R' V* || 13 plus *om* *W'* || 16 quos . . . maritos *exh.* *W* || 18 Sic ergo trahitur *om.* *G* | 19 his *om.* *W'* isset *W* | debita *G'* devita *W* devoto *U* | 20 tibi auxilium *G'A R'* || 24 *super* Bactra *hoc schol* *exh.* *G'* | civitas *ante* Parthorum *pon.* *U* || 25 erant *G'* | 26 Dacos *Oud.*] deos *W'* de hoste *G'*

W'D 426. Ducum vel virum.

W'G' 427. Paci finem ut in Parthia, inquit, bella moveantur, hoc petimus.

428. Bellum civile id est et si in Thessalia iam civilia bella completa sunt contra Parthos, veniat movens bella victor scilicet Caesar.

429. Unica mundi est 'unica' sola.

430. Triumphis hoc est: Parthiam opto vincat et Caesar.

432. Senis id est Crassi.

436. Monimenta tibi ante oculos tuos versabuntur cuncta, quae gesta sunt.

W' Trunci 'hac re' trunci, id est cervice.

WG 439. Istas id est terras.

W'G' 440. Si potes in media adeo nec hoc potest fieri, ut places Caesarem videntem in Pharsalia, quae commisit, nec illud, ut eas per terras apertas pacatus et amicus; quo si ire poteris, facilius impetrabis a Caesare.

W'AR' 441. Quin respicis ut Virgilius 'quin potius pacem aeternam pactosque hymeneos exercemus?' sic et hic ait 'quin respicis orbem?' Persuasum est, ne iret ad Parthos, nunc persuadetur, ne eat ad Africam, sed ad Aegyptum.

W'G' 445. Septeno Nilum dicit, cuius ora septena dicuntur.

Summovet separat.

WG' 446. Terra s. Aegyptum dicit.

W'G' Mercis ut nihil illuc advehatur, sed omnibus haec abundet.

10.

1 vel *D*] *om.* *W'* | ⟨virum⟩ vel ducum *R* || 2 parthiam *G'AR'* | 4 et si] et *W* *om.* *U* | iam civilia bella *om.* *G'* || 9 cesarianis id *W* cesariẹ^a^nis i ÷ *U* || 17 ne *P* || 18 quod *G'* || 19 Virgilius] *Aen. IV 99. 100* || 20 pactos h. ex.] p. *U* | hic *om.* *W'* || 21 nec *U* || 22 ne eat] nec fati *W* | sed aegiptum *U* || 27 ut aliquid illuc deferatur *U* | adveatur *G* aducatur *W* | sed propriis bonis habundet *G'*

447. Aut Iovis id est pluviae, ut ait Virgilius 'etiam maturis metuendus Iuppiter uvis'.

448. Puer Ptolomeus vult hoc probare prodesse Pompeio, quod puer est imperator.

449. Tutelae c. t. post mortem enim patris Ptolomei Pompeius obtinuit hoc regnum, donec huic imperium traderetur.

Nominis umbram id est tui. WD

450. Innocua est aetas id est puerilis. WEAR'

451. Veteris speraveris a. hoc dixit: ne speraveris W'G' esse iura et fidem et respectum deorum in regibus veteribus. Hi enim diuturnitate regnandi cuncta sine pudore committunt.

452. Mitissima sors est necesse est placidi sint et mites, qui primum coeperint imperare.

454. Animos id est Pompei.

Quantum spes ultima id est etiam Lentulus Pompeio imperavit, quid faceret, quia in ultimis rebus omnis [homo] liber est ad loquendum. 'Quantum' cum admiratione est pronuntiandum.

456. Cypro insula est iuxta Syriam.

457. Cui praetulit aras duplex sensus est: aut in timore fugae dicit non sacrificasse ante Pompeium et sic ad Cyprum venisse. Et sic legimus: 'nullas cui praetulit aras undae diva memor Paphiae'. id est de Cypro, aut sic 'nullas cui praetulit aras undae diva memor Paphiae', quam sedem omnibus Paphiae praetulit templis.

---

1 ut . . . 2 uvis *om.* *G'* | ait *om.* *U* | Virgilius] *ge. II 419* 4 pompei *W* | 5 tutela *W* | enim *om.* *G'* | 6 optinuit *G* 9 pueri *W* | 10 dicit *G'AR'* | nec *G'AR'V* 11 iura esse *G'* | 14 est ut placidi *UV* | placiti *W* | 17 etiam *om.* *U* | 18 quod *U* | 19 homo *om.* *W'* | 20 pronunciandum est *U* | est *om.* *G'* | 21 est iuxta Syriam *om.* *U* | as(s)iriam *R'A* | 22 in *om.* *G'* | 23 sacrificasse] sacrificantem *codd.* | 25 undae . . . 26 Cypro *om.* *G'A* | id est . . . 27 Paphiae *om.* *U* | 27 quam *W'*] quia *G'A* | paphiae omnibus *G'*

458. Memor huius undae id est, quod in mari nata hanc insulam diligebat, ut ait Virgilius 'quam Iuno fertur terris magis o. u. posthabita c. Samo'.

459. Coepisse deorum 'coepisse' id est non semper fuisse. Nam si coepit, et desinet.

461. Cypri scopulos ⟨q.⟩ exit in austrum id est ad Aegyptios.

W 463. Gratum legitur et cassum.

W'G' Nocturno lumine id est lunae.

WG 464. Infima extrema.

W'G' 465. Qua dividui 'dividuus' qui dividatur.

466. Septimus amnis haec est Nili pars maxima, septimus fluvius.

467. Quo libra pares aequinoctium autumnale significat, sic Virgilius 'libra die somnique pares ubi fecerit horas'.

468. Non uno plus aequa die nocti omne enim aequinoctium uno die est. Nam aut maior est, qui antecessit et erit brevior, qui sequitur, aut si minor ante fuerat, maior incipit. Est ergo non plus uno die aequa.

469. Hibernae verni ut quod spatii vere perdidit, hoc compenset autumno.

WG'E 470. Ut regem Ptolomeum.

W'G' 471. Nec carbasa languent id est fatigata non sunt. Diem describit nondum exactum esse, cum adhuc nec sol nec vela sunt labore lassata.

474. Monstra primores omnes monstra Pelleae domus dixit.

---

9. 10. 14.

1 nata *om.* *W'* || 2 ut . . . 3 Samo *om.* *G'* || 2 Virgilius] *Aen. I 15. 16* 5 desinit *W'* || 6 (i.) aegyptum *G'AR'V* || 8 ⟨cassum⟩ vel gratum *G'* || 11 qui,^{di}vidui *W* | dividat *G'* || 12 hic *U* || 15 sic . . . 16 horas *om.* *U* || 15 Virgilius] *ge. I 208* | dies omnique *G'A* || 18 qui ante] quante *W* || 19 minor fuerat iam maior incipit esse. Hic est ordo. Ergo *G'* || 20 una *U* || 28 proceres *G'*

476. SENIO senior. W

478. MEMPHIS Memphis regio Aegypti, per quam Nilus fluit; inde 'custos Nili crescentis' est dicta, qui ab eadem continetur. W'G'

VANA SACRIS quia plurima colunt monstra.

ILLO CULTORE DEORUM Achoreo. WG'

479. LUSTRA SUAE incertum est, an cubilia accipiamus, an quinquennia an liberationes. W'G'

PHEBES haec sacra Lunae celebrantur. W'P

APIS taurus est, qui annis singulis immolatur, cum in grege fuerit alter inventus. Sed nunc hoc dicit: hunc Achoreum tam religiosum fuisse, ut non tunc unus Apis esset in templo, sed multi. W'G'

480. VOX PRIMA FUIT Achoreus, inquit, vox fuit prima consilii; nam prior est hic locutus.

MERITUMQUE FIDEMQUE dixit meritum et fidem Pompei, quae cum Ptolomei patre foedera comparasset, et suasit, ut reciperetur. W'

482. SUADERE MALIS id est qui malis hominibus doctus esset nefaria persuadere et qui sciret regum animos ad scelera proniores, haec dixit. W'G'

484. IUS ET FAS MULTOS FACIUNT si fuerit, inquit, ius et fas servatum, ut recipiamus Pompeium, qui nobis est familiaris, apud offensum Caesarem habebimur pro nocentibus.

485. LAUDATA FIDES ipsum sensum repetit, quod, si laudari fidem suam voluerint recipiendo Pompeium, sint a Caesare puniendi.

SUSTINET INQUIT id est cum eos fides sustentat, quos fortuna iam deprimit.

---

2 civitas *G'AR'* ‖ 3 inde *W'*] hinc *G'* | quia *U* ‖ 7 est *om. U* | tibula *W'* | accipiamus *om. U* ‖ 8 quinquennalia *U* | libėrationes *W* | an lustrationem *U* ‖ 10 est *UG'*] est apis *W'* ‖ 12 fuisse *om. U* ‖ 14 inquit *om. U* ‖ 15 haec *W'* ‖ 16 dixit īquid *W* | dixit *om. U* ‖ 19 omnibus *W'* ‖ 21 dicit *P* ‖ 23 ut] scilicet ut *G'* ‖ 27 essent *W'*

486. ACCEDE DEISQUE ut hoc ames, quod di adiuvent, ut ait Tullius 'nunc melior ⟨e⟩a iudicanda e⟨s⟩t, quam etiam di adiuverunt'.

487. MISEROS FUGE non dixit persequere, sed desiste comitari.

488. SIC UTILE RECTO id est sic distat utilitas ab honestate nec potest esse coniuncta.

492. MODUS GLADIIS ut sine modo saeviat, hinc dicit regna fieri firmiora.

OMNIA SAEVE crudeliter aliquid facere numquam licebit, nisi semper feceris.

495. SAEVA PUDEBUNT id est facere.

WG' HAEC SAEVA genere neutro declinavit numero plurali.

W'G' 497. NEC VICTOS ARCERE id est se, qui est victus.

W'G 498. HOSPES id est Pompeius.

W'G' 499. PIGNORA SUNT PROPIORA TIBI id est soror.

500. REDDE SORORI Cleopatrae, ut ait supra ⟨V 63. 64⟩ 'regnumque sorori ereptum'.

502. NON FUERIT MAGNI quicquid nunc ad Pompei visum fuerit partem pertinere, necesse est post victoriam occupetur a Caesare.

W 507. CUIUS THESSALICAS senatus

W'G' VOLUCRES quorum cadaveribus aves ad cibos usae sunt.

508. GENTES QUAS UNO illas dicit, quae Pompeio auxilia contulerunt.

WG' 513. SEPOSITAM quasi ad praesentem Pompeium loqui coepit.

W 514. ARMAQUE legitur et arva.

---

1 ut hoc ames *om. U* | adiuvant *G'* || 2 ut . . . 3 adiuverunt *om. UG'* || 2 Tullius] *or. pro Q. Ligar. 6, 19* | qua *cod.* || 4 non . . . sed] i. *U* || 9 esse *U* || 10 licebit *G'*] lite hic *W* licet *U* || 13 *nil nisi* neut̄ gen̄ *exh. G'* || 14 te *W'* | *nil nisi* s. *(?)* te *exh. U* | victus non haec *exh. W* || 17 Cleopatrae] de patre *G'* | ut . . . 18 ereptum *om. U* || 19 dum quicquid *G'* || 20 est *om. U* || 23 VOLUCRES (*G'*)] voluerit *W* || 24 dicit *WG'*] gentes *U* | pompei *W* || 28 ⟨arva⟩ legitur et arma *UG*

515. VICTORI Caesari. W'G'

518. PURGANDUM GLADIO Pompeius prior egit hac causa, ut huic traderetur imperium post patris mortem, postea Cicero, quae oratio ⟨in⟩scribitur de rege Alexandrino. Hoc ergo dicit: gladio hoc crimen purgare debemus, ne videamur huic aliquando favisse, quod nobis hoc suadente senatus imperium dedit.

519. FOVIMUS dicit etiam se gratiam reddidisse. W'A

522. SOCERI id est Caesaris. W'G'

RAPIMUR Q. C. F. hoc est: favere cogimur, cui universa sunt subiugata.

525. POPULUM N. C. I. vult se invalidum confiteri, dum huius non speret Magnus auxilium.

526. REFUGO ordo: vix fodientem arva mollia Nilo refugo. Ideo 'Nilo refugo', quia exit in arva Nilus in se iterum reversurus.

527. METIRI S. R. id est unus quisque debet cogitare, quid possit.

528. T⟨U⟩ P. P. per interrogationem pronuntiandum. FULCIRE sustentare et regere.

531. NULLIS A. A. neque Pompei neque Caesaris nos partibus applicavimus.

533. COGNITA FATA id est Caesaris.

534. SED LAETA SECUTOS hunc iustum est, inquit, non deesse alicui in adversis, sed si sunt laeta et prospera secutura, hoc est tunc pro aliquo decet inire discrimen, si eum respicere potest secunda fortuna. Nam si spes omnis abscisa est, quid prodest ad adversa properare?

---

2 hac causa *om. G'AR'* || 3 postea . . . 7 dedit *om. G'* || 4 de rege Alexandrino] *non leg. apud Müller* || 6 hinc *U* || 8 etiam] ergo *A om. W* || 9 caesari *U* || 10 iuvare *G'* | cum *U* || 12 spernit *P* sper/// *G* || 14 refugus *G'* | molli a nilo *G'* | Nilo refugo *om. U* | 15 exit in] inuadit *G'* | in] uad *W* | Nilus *om. U* || 17 unusque *W* || 18 quod *G'* || 20 et regere *om. U* || 22 applicavimus partibus *G'AR'* || 24 hunc *om. G'* | iustum est] istum est *W* Decet *G'* || 25 deesse aliquos adversis *G'* || 28 prosperare *G*

WG' 538. Sceleri d. A. qui Pompeium occideret.

W'G' 541. Monstri gladiis legitur et monstra cladis.

WG' 544. Hos animos 'habent' subaudimus et est indignantis ἀποσιώπησις.

W'G' 545. Romana iacent id est fata, ut hos animos habeant barbarae nationes, quae semper fuerunt inbecillae.

548. Cognatas p. m. ut in civili bello solus dimicet ille, qui civis est.

549. Claro n. M. C. e. n. sensus hic est: si Pompeius nominis sui magnitudine hoc consecutus est, ut victus a Caesare eundem faceret criminosum, tu non times tantae exitium dignitatis, ne tibi obsit, cum sit et victori Caesari nociturum?

551. Caeloque t. contra auguria.

552. Semivir quippe mollis ex generis qualitate.

WG' 553. Non legitur et ne.

W'G' 555. Victorisque g. tamquam et hinc habeat dignitatem, cum sit ipse superatus.

556. Viscera n. id est Romanorum.

Quod poterat R. e. hoc apud Ptolomeum satis esset ad metum, quod erat Magnus Romanus, licet esset victus.

559. Nili s. t. potes, inquit, nunc Aegypti tenere imperium. Non enim omnino teneris iure, cum Pompeius, qui tibi illud tradidit, oppressus est et victus.

560. Vento v. n. quae deposuerat litoribus adpropinquans.

563. Appulerat aut se appulerat aut fuerat adpulsa.

---

2 legitur *pon. U ante* Monstri ‖ 4 αποcιcιΚcιc *W om. G'* ‖ 6 imbecilles *G* inbecilles *PAR'* ‖ 7 dimicet solus *G* ‖ 9 sensus hic est] hic est *P* hoc est *G* ‖ 11 tantae *a* ante *cett.* ‖ 15 aeris *G'R'* ‖ 17 habeant *G* ‖ 21 meritum *G'* ‖ 22 esse *W* | victus *UPAR'* victor *W* iustus *G* ‖ 23 potes] possides enim (*om. W*) *W'* | nunc *om. W'* | aegyptium *P* | tenere] a matre *W'* ‖ 24 omnino teneris] omne optines (optinet *W*) *W'* ‖ 25 est *post* victus *pon. W'* ‖ 26 quia deposuerat ea *G'* ‖ 28 aut se *G'AR'*] ad se *W'* | appulsa fuerat *G'AR'*

565. IN PARVAM ideo in parvam, ne locus esset, ut simul aut uxor aut aliquis de filiis cum eo tolleretur. WG'

LITUSQUE M. dicit Pompei navem non posse ad litora pervenire loci natura prohibente, quo facilius ei persuadeat, ut ascendat in scapham. W'G'

567. QUI VETET id est aestus. WG'E

568. NISI FATORUM LEGES id est potuit hoc malum aliquis praesagare, nisi fatorum voluntate mors veniens hunc sensum omnibus abstulisset. W'G'

573. SCEPTORUM AUCTORI qui Ptolomeo tradidit regnum.

574. CUM CLASSE TYRANNUM potuerunt, inquit, intellegere Magno insidias praeparari, quod ei unus occurrit. Nam si vera fide susceptus esset, ipse ei Ptolomeus cum omni gente obviam venisset.

576. LETUMQUE I. P. T. id est mavult occidi, ne timere videatur.

578. IMPATIENS EGRESSO ideo, inquit, vult cum eo ire, quia suspicatur eum adversa passurum.

580. ET TU NATE P. 'remane' subaudimus. WG'

581. CERVICE TYRANNI id est quod de me fecerit, hoc sciatis vos esse passuros. W'G'

585. THESSALICIS S. M. cum ad Lesbon missa est a marito.

586. POTERAS N. F. P. hoc dixit: quid erat necesse, ut me a Lesbo auferres, si non eram tecum ad aliam ventura regionem?

587. CUM FUGERES A. non enim ad Lesbon ideo veneras, ut ibi maneres, sed ut me auferres.

589. IN FLUCTUS P. C. ut tecum in mari sim. non in terra.

---

2 cum eo *om.* *W'* 5 persuaderet *U* ‖ 10 tradidit ptolomeo imperium *U* ‖ 11 intellere *U* ‖ 13 ei *om.* *G'* 14 omni ei gente *W* | omni gente ei occurreret *U* | omni] tota *G'R'* toto *A* | obvia *P* | 15 maluit *U* vult *G'* | 17 cum eo vult *G'AR'* ‖ 19 mane *G'* | 22 lesbos *codd.* | 24 ut me *om.* *U* ‖ 25 a] ad *U* aliquam *G'* ‖ 27 lesbum *WG'* ‖ 29 et non *G'AR'*

591. NEC QUOQUAM AV. V. unum faciebat pro desiderio, alterum pro dolore, quod navigantem sine se videre non poterat.

592. STETIT A. C. expectans, quid Pompeius aut pateretur aut ageret.

597. ARMA SATELLES hic cum Romanus miles fuisset, contulit se ad Ptolomeum et satelles ipsius factus depositis Romanis armis gestare coepit arma barbarica.

600. QUIS NON FORTUNA P. sensus hic est: omnes crederent te, Fortuna, iam parcere velle Romanis, quae tam crudelem Septimium longius removisses a proelio; sed tu ideo facis, ut cum hic Pompeium, cum a pugna sit absens, occiderit, gesta videantur in toto orbe bella civilia.

WG′ 601. HEC DEXTRA Septimii.

604. HEU FACINUS CIVILE TIBI aut [tibi], o Septimi, aut [tibi], o Fortuna.

W′G′ 606. ROMANUS R. S. P. E. 'Romanus' id est Septimius. SIC PARUIT id est ut occideret principem Romanorum.

608. MAGNE TUO vel Romano vel quia ipse dedit regna Ptolomaeo.

WG′ QUA POSTERITAS ipsa posteritas nata post bellum.

609. FAMA ordo: qua fama.

QUO NOMINE D. sensus hic est: posteri quid vocabunt, quod Pompeium Septimius occidit, cum illud scelus vocent, quod Caesarem tyrannidem et regnum adfectantem in senatu Brutus occidit?

612. PERDIDERAT I. I. S. id est Pompeius coepit in alterius esse potestate.

---

1 Attonitoque m. *lemma in G om. P* ‖ 4 at ducis eventum *lemma in W om. U* ‖ 8 arba *U* ‖ 9 omnis credebat (credebant *G*) te fortuna *G′* ‖ 10 te *post* parcere *pon. W om. U* | fortunam *W′* | quae *G′AR′*] qui *W′* ‖ 12 a *om. W′* ‖ 13 gesta in toto orbe videantur *G* ‖ 16 *et* 17 tibi *om. W* ‖ 18 septimii *W′* ‖ 19 id est *om. U* ‖ 20 vel Romano vel *om. U* | dedit regna] magnus dedit Imperium *U* ‖ ptolomaeo *W* ‖ 22 quae *W* ‖ 23 quo *W′P* ‖ 25 ceciderit *U* | cum *om. U* 27 Brutus *om. G′*

618. FUNESTUS ACHILLAS notandum, quod hic Pompeius occiditur ab Achilla.

621. SEQUE P. M. hoc est: virtutem suam, dum moritur, explorat.

622. NUMQUAM T. L hoc dicit: nunc me respiciunt, quae futura sunt saecula, et quid patiar intuentur, semper eadem locutura. Consulamus ergo famae, ne quid faciamus invalidum, quod aetas omnis agnoscat.

624. RATEM legitur et meam. W'AR'

CONSULE FAMAE O Pompei. Ipse enim secum loquitur. W'G'

625. FATA TIBI L. F. P. V. sensus hic est: semper felix fui et vitam sine erumnis egi. Non fuit ergo, ubi possem hominibus meam in adversis probare virtutem, nisi nunc, si me patiar fortiter occidi.

627. AN SCIERIS ADVERSA PATI sic possumus accipere, id est ignorant populi, an scieris adversa pati, si non in morte probaris.

628. AUCTOREMQUE D. F. id est ne dole.

QUACUMQUE F. id est manu.

631. Hoc AUFERRE DEO auferre id mihi non potest deus aliquis, quod sim felix.

MUTANTUR PROSPERA VITAE manifestus est sensus: is qui felix est, potest miser fieri, si vivat. Nam si pereat, dici vel fieri non potest miser, quia tamdiu vixit, donec fuit felix.

633. POMPEIUSQUE M. id est filius eiusdem.

634. CLAUDE D. G. id est nati et uxoris; nam non gemit ipse Pompeius.

---

2 ab achilla occiditur *UAR'* ‖ 5 nunc me *om. U* ‖ 7 semper] saepe *G'* ergo *om. U* ‖ 8 invalide *G'AR'* | omnis aetas agnoscit *U* ‖ 9 legitur et] vel *U* s. at *A* s. *R'* | 10 ipse loquitur ad se *A* ‖ 10 *et* 11 Consule famae. Sensus hic est semper *G'* ‖ 15 sic] bis *W'* ‖ 16 an . . . pati *post* probaris *pon. W'* ‖ 18 dole *om. UG'* ‖ 20 id est nullus potest deus auferre *G'* ‖ 21 sum *W'* ‖ 22 sensus est *G'* ‖ 24 qui *U* | donec *W'*] quamdiu *G'AR'* *om. U* 26 eiusdem *om. UEAR'*

635. Si mirantur a. faciunt enim me plurimum gloriosum, si mors mea miranda est, non dolenda.

Talis c. M. id est sic retinebat animos, ne doleret.

637. At non tam patiens C. c. s. id est non tam patiens erat coniugem tam crudeliter pati videre quam si haec ipsa pateretur.

640. Avia Lesbos ad quam ipse ab itinere deflectatur.

641. Et prior i. N. p. l. dum tu, inquit, ad me auferendam moraris, occupavit Caesar prior Aegyptum. Hoc autem ideo putat factum, quod illuc veniens Pompeius occisus est.

642. Nam cu⟨i⟩ius sceleris id est quam Caesaris scilicet, ut Pompeium auderet occidere.

WEAR' Sed quisquis in istud deest 'es'.

WG' Sed quisquis in istud nunc ad illum loquitur, qui Pompeium occidit, ut semet interimat.

W'G' 643. Caput id est Pompei.

Caesaris ire prospiciens ne ille occidat socerum et sceleratus habeatur, tu Pompeium interficis, aut tibi prospiciens, ne si susceperis Magnum, animos victoris offendas.

646. Qua votum est hoc est per semet ipsum.

Poenas n. m. m. sive 'non minores [a] morte pendat poenas', dum me aspicit interemptam, sive 'non pendat poenas' moriendo breviores, quod me incolumem derelinquit.

647. Culpa libera id est sum.

650. Victum q. r. e. t. r. ipsum Pompeium victum ad me recepi, quod facere etiam reges timuerunt, ut nunc Ptolomeus, qui eum suscipere timens noluit.

---

3 si *W* ‖ 4 est quae inpatientia pati coniugem *W'* ‖ 5 pati videre *om. W'* ‖ 7 ipse *om. W'* | deflexus es *G'AR'* ‖ 10 illuc *om. W'* ‖ 16 interimat] occidat *G* ‖ 18 socerum] scelerum *G* ‖ 19 videatur *G* | tu Pompeium interficis *om. U* ‖ 20 animum *UV* ‖ 23 sive] si *U* ‖ 25 dereliquit *G'* ‖ 28 q.] q; *W*

651. INTUTA P. non tuta; una pars orationis est 'intuta'. WG'

652. PERFIDE P. id est omnia pro me facere te dicebas.

653. MORIAR NEC M. R. scilicet etiam non iubente Ptolomeo. W'G'

655. AUT LAQUEUM C. id est artate laqueum collo. WG'

⟨COLLO⟩ legitur et collum. W

ARTARE legitur et aptare.

ARTARE RUDENTES 'permittite' subaudimus. WAD

657. POMPEIO PRAESTARE P. Q. C. A. I. sensus hic est: qui me occiderit, duplicem gratiam consequetur; Pompeio enim praestat, quod simul uxorem eius interficit, et potest hoc Caesari imputare beneficium, quod manu sua uxorem peremit inimici. W'G'

658. O SEVI hyperbaton est: o Magne. WP

659. CORNELIA N. E. I. M. S. id est adhuc tu, o Pompei, vivis, etiam ego sum in aliena potestate. W'G'

661. SERVOR VICTORI id est servor Caesari, ut ipse me puniat.

663. ET PECTORA FERRO ut scribit Paterculus ⟨II 53, 3⟩ de Pompeio 'duodesexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius vitae fuit exitus'.

664. SACRAE V. F. ubique subaudimus 'fatentur, qui lacerum videre caput'. WG'

667. NAM SAEVUS IN IPSO ordo: in ipso sceleris actu Septimius scelus maius invenit. W'G'

673. NONDUM ARTIS E. C. E. R. hoc est: adhuc illo tempore nesciebant semel amputare caput a cervice.

1 non tuta *et* 2 'intuta' *om. G'* ‖ 5 etiam *om. UV* ‖ 7 artate *G'*] amatę *W* ‖ 9 ⟨artare⟩ vel aptate *R* ⟨aptare⟩ vel artare *U* ⟨aptate⟩ vel aptare *ssc.* vel artare *D* ‖ 12 inveniet *G'* | 13 enim *om. G'V* | simul *om. G'* ‖ 14 potest] post *G'* | 16 est] nam est *P* ‖ 17 tu vivis · *W'* | 19 servor *om. U* | ipse *om. U* ‖ 22 duodesexagesimo *codd.* | annos *G'* ‖ 26 ordo est *U* ‖ 28 hoc est *G'*] hoc *W om. U*

675. Vindicat hoc F. d. g. s. id est Achillas sibi vindicat, ut ipse gestaret.

676. Degener invectio in Septimium.

Operae m. R. s. id est qui sub alio agis alterius imperio obsequens. Hanc secundam operam appellavit.

WG′ 679. Illa verenda illa coma comprehensa est.

W′G′ 680. Hirta coma ordo est: ut Magnum nosset puer impius regibus illa veneranda hirta coma et generosa caesaries decora fronte manu est comprehensa.

684. ⟨Suf⟩fixum caput est quo numquam b. i. ordo: quo iubente bella pax numquam fuit. Iubente potestatem, quam habuit Pompeius, expressit, ut maior ei facta esset indignitas.

WG 685. Hoc l. c. q. e. r. m. caput scilicet.

W′G′ 687. Tyranno Ptolomeo.

688. Sceleri s. e. f. id est superstitem esse, ut fides perpetua permaneret.

692. Ultima L. invectio in Ptolomeum. Et est sensus hic: o Ptolomaee, qui es Lagi proles ultima atque peritura. A Lago enim nati sunt Ptolomei, quorum hunc iam dicit esse extremum.

694. Servetur in antro Alexandrum dicit illic sepultum.

697. Pyramides pyramis dicitur fabrica sepulcrorum, quae sic struitur, ut ab imo lata in acumen tenue ex omnibus angulis colligatur. Alii pyramides volunt esse in Alexandria civitates.

Indignaque id est quibus non merebantur ornari.

Mausolea sepulcra ingentia.

---

1 sibi *G′AR′*] si *W* | sibi vindicat *om. U* || 4 agis *G′*] ageret *W′* || 5 obsequeris *G′AR′* || 7 siosset *W* || 8 impius regibus *G′AR′*] regius *W′* || 10 ordo est *U* || 11 Iubentem *W′ om. GAR′* || 16 sceleris s. *G* sceleris *P* || 17 maneret *G′* || 19 hic *om. UR′* || 21 iam *om. U* | esse *om. G′* || 22 Alexandrum magnum dicit illuc *U* || 25 cacumen *G′AR′* || 26 voluntas se *W* || 29 ignea *P*

699. MOLESTA T. C. F. S. ordo: totum cadaver socero servare adeone molesta fuit cura? W'AR'

704. QUIBUS id est cladibus. WEAa

706. FELIX N. T. D. hoc dixit: Pompei vita non sic fuit, ut nunc floreret, nunc vacuaretur; sed quamdiu fuit felix, beatudinem eius deorum nemo turbavit; cum miser factus est, numinum nemo miseratus est. W'G'

708. DILATA quam longa felicitate distulerat.

710. LUDIBRIUM PELAGI unde mare ludat.

NULLAQUE M. F. omnia, inquit, membra confusa in hoc tantum notam habent, ubi caput est amputatum. WG'

711. IACTURA damnum, amissio. W'G'E

716. CYNIREAE LITORE 'Cinyreae' a rege Cinyra, qui cum Myrra filia concubuit, ex quibus Adon est procreatus. W'G'

718. VICTUM PIETATE T. id est miserans Pompei fata postposuit formidinem, quam gerebat.

721. MAESTA P. P. D. C. N. P. ordo: lucis parum praebebat per densas nubes maesta Cynthia.

725. EXPECTAT FLUCTUS ut ab ipsis elevetur oppressus.

727. INCUBUIT MAGNO id est supra Magnum.

730. FORTUNA o Fortuna. WDE

732. GESTENT PIA COLLA hoc dicit: qui feretrum humeris subeunt, cum exequiae celebrantur. W'G'

PARENT⟨EM⟩ ubique subaudimus 'non hoc petit Pompeius tuus'.

737. SICCOS EFFUNDAT IN IGNES sine ture; hoc est quod supra ⟨VIII 729⟩ ait 'non pretiosa petit cumulato ture sepulchra'. WG'

738. ROBORA ligna. W'GE

740. COMPLEXA MARITUM id est volens pariter concremari. W'G'

4 dicit *G'AR'* ‖ 5 floreret *U*] flores et *W* felix esset *G'AR'* | iacuaretur *W* ‖ 6 felix *om. U* | deorum nemo *om. G* ‖ 9 unde mare *G'AR'*] ut de mari *W'* ‖ 11 notum *W* ‖ 12 amissio *om. G'* ‖ 13 litora *W* | cynira (-o *U*) *W'P* cinira *G* ‖ 17 ordo est *U* ‖ 19 obpressus *W* | 20 super *UAR'* | 23 subvehunt *U* ‖ 24 parent *W' om. G'* | ubique autem *G* ‖ 25 tutis *G* ‖ 26 hoc . . . 28 sepulchra *om. W'* ‖ 27 petit pr. *G'* 30 pariter concr.] uri pariter *G'*

W' 741. IMPERAT id est quod non imperat.

W'G' 742. NEC ADHUC A LITORE LONGE EST ut possit interesse funeri, si tu, o Fortuna, patereris.

744. NULLO CUSTODE CREMANTES id est ignes, qui nescio cuius cadaver urebant nullo iam adsistente custode.

W 746. SUBDUCENS legitur et subducit.

W'G' QUAECUMQUE ES AIT NECLECTA quippe desertum est hoc cadaver.

747. CARA TUO ⟨SED⟩ POMPEIO FELICIOR ⟨U.⟩ nam utcumque iam adepta est sepulturam.

WG' 748. VIOLAT MANUS id est mea.

W 749. RELICTUS legitur et relictum est.

W'G' 750. PATERISQUE H. D. S. quippe Pompeium inde gratulatur exuri.

W' 752. PLENOS legitur et plenus.

W'G' PLENOSQUE SINUS hoc est plenum sinum habens.

WA 753. PERVOLAT legitur et pervenit.

W'G' 756. EXIGUA T. P. S. hic scrobem feminino genere posuit, Plautus masculino 'scrobes sexagenos fodi in die' in Amphitrione.

758. ADMOTUS non enim erat aliud, quod cremaret praeter corpus, ideo non subiectus, sed admotus.

WG' 759. ILLE id est Cordus.

W'G' 761. IACTATU PELAGI hac re tristior.

W' IACTATU id est iactatione.

W'G' SI FUNERE NULLO sensus hic est: si iniuriose accipis, quod tam indigne sepeliris, et magis velis iactari flucti-

---

19—21.

---

3 fueri *U* | tu o *om.* *W'AR'* || 4 quia *G'AR'* || 5 iam *om.* *U* || 7 ⟨subducit⟩ (vel) subducens *G D* || 11 adepta est sepulturam *W'*] tibi (vel *add.* *G*) aptata est sepultura *G'* || 14 inde] in *P* || 16 Plenus legitur et plenos *G'* || 17 plenusque *G* || 20 plaustus *W* | fodi in die *G'AR'*] *om.* *W'* || 21 in Amphitrione *om.* *UG'* || 22 enim *om.* *G'V* || 23 ideo] idest *W'* || 24 ille ē ad corpus *G'* | tordus *W* codrus *AR'* || 28 tam] dā *P* *om.* *G*

bus quam sic cremari, averte manes tuos ab officio meo et cum te sepeliens invoco, audire noli.

761. NULLO legitur et nudo. W

763. INIURIA FATI indignum quidem et paene inlicitum est, quod sic humaris; sed necessitas fati, quae te in has adduxit angustias, facit, ut haec sepultura non debeat displicere. W'G'

765. NE VOLUCRES N. S. C. I. bene post feras omnes ultimus Caesar adsecutus est.

767. ROMANA S. M. id est mea, ut hoc habeat satis esse solatio.

FORTUNA RECURSUS id est si mihi in Italiam redire contigerit.

778. TABE F. B. dum enim destillat tabe sua, nutrit incendium.

781. QUAM METUIS invectio in Cordum, quod metuat deprehendi.

CRIMINE quod putat crimen esse; nam laus est.

782. QUO TE id est crimine.

784. FASSUSQUE S. P. C. confessus, quod Pompeium sepelieris, exige caput eius, ut pariter cum corpore contegatur.

785. INPONERE F. id est ut sepultura, quae a te coepta est, terminetur.

791. BUSTUM semiustum. WG'

792. INSCRIBIT S. S. S. N. id est de carbone inscripsit. W'G'

---

3 nudo W] nullo *pr W* | 5 te *om. W'* || 6 sepulchra *P* || 7 debeas *G* | dispicere *W* despici *U* || 8 omnes feras *U* || 9 ultimas *P* | caesaras secutus *G'* || 10 ut . . . 11 solatio *om. G'* || 10 habeat *U*] debeat *WA* || 12 si *om. W'* | redire in italiam *UR'* || 13 contigerit in italiam redire *G'* || 14 tabes · b. *W om. cett.* | distillat *G'AR'* || 16 cordium *W* codrum *UGR'* chodrum *P* coarum *A* | Poeta invehitur in chordum *exh. E* || 20 c.] c. et *W* | quod sepulcrum pompeio moliris exige *U* || 21 sepeliatur *G'* || 23 a te *om. G'AR'* || 25 busta semusta *W* 26 *leg.* INSCRIPSIT.

794. Quo condi m. i. q. t. c. s. ut maior apud Caesarem vindicta videatur, quod sic sepultus est, quam si iaceat insepultus.

796. Cur obicis propter metrum 'o' brevis est et est figura συστολή.

797. Situs est repetit cum indignatione, quod ille inscripsit 'hic situs et Magnus'.

798. Romanum nomen tantum mereri tumulum Pompeium dicit, quantum patent terrae et quousque Romanum nomen extenditur; quem nunc dolet uno litore contineri.

800. Crimine p. d. quod sic Pompeium iacere perpessi sunt.

Tota est Herculis Oete Oeta mons in Thessalia, ubi crematus est Hercules et sepultus.

801. Bromio a nutrice Bromia sic dictus est Liber.

Nyseia mons Nysa in India, ubi Liberi tumulus esse perhibetur.

802. Omnia Lagi a. t. p. id est totam Aegyptum tenebis et dicit, quem admodum fiat, dum nos, ubi sis, ignoramus.

804. Erremus p. id est ubi sis, nesciamus.

805. Magne m. n. N. c. h. timentes, ne ibi nescientes tua ossa calcemus.

806. Tunc sacro dignaris dignum iudicas, ut Virgilius 'haud equidem tali me dignor honore'. 'Dignaris' o Pompei vel tu Corde.

808. Truces L. m. quos Pompeius oppressit.

809. Revocato Quinto Metello, Numidici filio.

810. Currus triumphum.

---

1 condita *W* ‖ 2 si *om* *G'* ‖ 4 *alt.* est *om.* *W* ‖ 5 cycτoλн *P* cycτoΛN *W* Δycτoλн *U* cicτo Λ e *G* ‖ 6 quid *P* ‖ 7 hic ... Magnus *om.* *G* ‖ 8 meruerit *W'* ‖ 10 littere *W* ‖ 14 et sepultus *om.* *G'* ‖ 15 Bromius *G'* ‖ 16 Nyscia *P* | mons est *G'A R'* ‖ 18 omnia lagi · a · (*W*)] Rura *G'* | totum *G'A R'* ‖ 21 sit *U* ‖ 22 ne ibi *G'*] nec ubi *W* ne tibj ne tibi *U* ‖ 24 ut ... 25 honore *om.* *U G'* ‖ 24 *leg.* tam | Virgilius] *Aen.* *I 335* ‖ 26 tu *om.* *U* | corde *W*

810. COMMERTIA quod p[l]acato de piratis mari mercandi usus est restitutus.

COMMERCIA id est adde. WG'E

811. PAVIDOS CILICAS M. acute dictum: [sic] Pompeius W'G' effecit, ut timerent maria piratae, in quibus ipsi grassabantur.

812. GENTESQUE V. Numadas dicit.

ET QUICQUID IN EURO id est adde. WG'

814. CIVILEM R. T. quod post omnia bella, quae gere- W'G' bat, elegerit se privatum.

815. CONTENTUM M. P. D. T. dum contemnit frequentius triumphare.

818. SOLITUMQUE L. id est nomen.

819. ARCUS 'arcus' hic pro fornice posuit.

820. HAUD PROCUL E. I. P. id est scriptum est iuxta terram.

821. NON LEGAT ADVENA R. parvitatem tumuli ostendit, ad quem necesse sit se incurvare lecturum.

822. QUOD NISI MONSTRATUM scilicet nomen.

826 HESPERIUS MILES in libris enim Sibyllinis est cautum, ne quis ad Aegyptum miles Romanus accedat, eo quod non expediret Italiae.

TUMENTIS tunc enim inrigat Nilus has terras, cum minor pro tempore esse deberet.

827. PRECER PRO TANTO 'precer' pro inprecer posuit.

828. VERTAT AQUAS NILUS 'vertat' id est retorqueat a meatu solito rediturus illo, unde descendit.

---

3 adde *gl. sup.* pavidos (811) *in G'AR'* ‖ 4 acute dictum *om. G'* | sic *G'* si *W' om. AR'* ‖ 5 effecit *AR'* efficit *W'G'* | crassabantur *U* gratulabantur *G'AR'* ‖ 7 numidas *UG'* | dicit *om. UAR'* ‖ 14 arcus] arcum *G om. P* | hic *om. P* | fornice arcus posuit *U* | nominavit *W* ‖ 15 id est quia (qua *P*) *G'AR'* ‖ 18 se *om. G* ‖ 21 accidat *U* ‖ 22 Italiae *om. UV* ‖ 23 tymentis *W* | nilus irrigat *G'* | 24 minor *ante* esse *pon. G'* | debere *P* debet *U* ‖ 25 Precor *et* precor *W* | PRECER . . . precer *om. G'AD* | imprecor *WG'* | posuit *om. UAD*

W D 832. SEMIDEOSQUE CANES deos.

W' G' 833. PLANGENS hi enim in flumine Osirim, filium Isidis, quaerunt, quem alii fratrem et coniugem eius accipiunt.

HOMINEM ex eo enim quod plangitur, perisse monstratur; ex eo quod perit, homo fuisse cognoscitur.

834. MANES divos, Pompeium scilicet.

W P 835. TU QUOQUE o Roma.

W' G' TEMPLA TYRANNO Caesari scilicet.

836. NONDUM de hoc enim tempore loquitur, quo Lucanus est, non quo fuerunt bella civilia. Nam postmodum Caesar occisus in deorum numero constitutus est.

W G' 837. PRIMA tunc cum recens vicerat Caesar.

W' G' 840. IN. TELLURE id est in Aegypto.

W G' TIMEBIT subauditur 'movere'.

⟨BUSTA⟩ Pompei.

842. ET VELIT U. N. R. S. id est utinam velit uti Pompeius nostro sinu, o Roma.

W · 843. ULTIMUM nimium.

W D 845. AUSONIAM id est in Ausoniam.

W G' VIOLARE SEPULCHRUM id est si mihi contingat.

W' G' 846. AUT SULCO STERILI dicit signa, per quae iubebunt superi Pompei in urbem ossa revocari, aut famem dicit futuram aut nimios aestus aut ventos turbidos aut terrae motum.

847. AUT ROMA VOLET ordo est: forsitan cum aut sulco sterili finem a superis poscere volet Roma aut austris feralibus aut ignibus nimiis aut terrae moventi tecta, consilio iussuque deorum in urbem tuam, Magne, transibis.

---

1 seme deosque *exh.* *W* || 2 osirin *G'* || 5 periit *UG'* || 6 deos *G'AR'* || 8 *et* 9 scilicet de hoc enim *W'* scilicet. Nondum hoc *G'* || 12 tunc *om.* *G'* || 13 Intellure *exh.* *W* | in *om.* *U* || 14 subauditur] subcastitur *W* s. *A* *om.* *G'R'* || 15 pompei deos et velit uti scelus *W'* || 16 nr̄o roma sinu et velit ut innr̄o roma sinu id est *W* || 18 ⟨nimium⟩ ultimum *G'* || 20 si *om.* *W* || 21 iudebunt *U* || 25 cum aut *G'* aūt *W'* || 27 ignibus aut nimiis *W'* | moventis *W'* || 28 et iussu *G'AR'*

848. MOVENTI cum poscere volet finem. WG'

849. CONSILIO IUSSUQUE DEUM ut persuaderi possit et cogi.

850. SUMMUSQUE FERET pontificem maximum dicit. W'G'

851. SYENEN Syene civitas in meridiana regione.

852. IBIT ET UMBRIFERA umbriferas. W'

857. AVERTET ut ad te ire contendat, qui alio properat, [illo] pervenire iuvabit. W'G'

858. PREFERRE IOVI Osirim dicit, qui in Casio monte colitur.

859. AUROQUE SEPULTUS hoc dixit: si in templo esses positus, quia minor eras hoc honore, qui diis debetur, pro umbra accipereris. Nunc autem deus haberis in hoc tumulo positus, a quo amplius merebaris et quo es ipse pretiosior.

861. AUGUSTIUS ARIS hoc dixit: sacratior est lapis, qui te tegit, quam sunt templa, quae Caesar accepit.

863. TARPEIS QUI SAEPE DEIS probat quem admodum possit sacratius Pompei saxum esse quam Caesaris templum. Plerumque, inquit, qui in Capitolio numquam voluerunt sacrificia celebrare, venerantur et colunt saxum, in quo fulmen a Tuscis fuerit inclusum.

864. TUSCO VENERANTUR haec enim gens sacrorum peritissima est.

865. PRODERIT HOC OLIM dicit beneficium Pompeio datum, quod non fuerant ei perpetua busta constructa.

MANSURA FUTURIS conficiuntur enim haec omnia vetustate, id est quae futuris et posteris ventura non queant permanere.

---

1 cā poscire valet *W* || 5 syenī *W om. cett.* || 6 ET] in *W om. U* || 7 concedat *U* | properabat *G'* || 8 illo *om. W'* || 11 dicit *G'R'* | qui *G'* || 16 dicit *UG'AR'* || 17 te *om. W* | tangit *G* | te tegit] tetigit *P* | sint *UPAR'* || 18 DEIS] d. *G* debis *W' om. PAR'* || 19 sacrius *P non liq. G* || 20 inquit *om. U* | capitolino voluerunt *U* || 21 sacrificia celebrare] sacrificare *U* || 26 fuer *U* || 28 et] ac *U* id est *G* | ventura *om. W'* | queunt *G'*

867. LONGA VETUSTAS id est intra paucos annos tumulus dissipabitur.

868. PERIBUNT id est probari non poteris in Aegypto esse sepultus, posteri cum tuum tumulum non videbunt et idcirco inter deos te esse iudicabunt.

W' 869. ARGUMENTA signa, ut Virgilius 'argumentum ingens'.

W'G' 870. QUA SIT NULLA FIDES quia nemo credat antiqua referentibus.

872. TUMULO QUAM CRETA ut ita credatur a nullo, quod Pompeius in Aegypto sit sepultus, quem admodum Iuppiter in Creta tumulum habere non credatur, sed hoc gentes istae sibi usurpasse iudicabuntur.

---

1 dies *U* || 2 *et* 3 dissipatus peribit · id est probari non potest posteri tecum tuum tumulum *W'* || 3 PERIBUNT id est probari non poteris in aegipto esse sepultus dum te cum tumulo (-um *P*) *G'* || 6 Virgilius] *Aen. VII 791* | ut . . . 7 ingens *om. U* || 8 quia *W'*] Quae aetate *G'AR'* | credit *UP* credet *GAR'* || 12 non *om. U* || 13 videbuntur *U* | INCIPIT LIBER VIIII · *W* M · ANNEI LVCANI LIBER · VIII · EXPLICIT · JNCIPIT LIBER · VIIII · FELICITER · P̄FAT · *E* INCIP̄ DE LI BRO VIIII · *A*

ARGUMENTUM LIBRI NONI. PaMUE

Advectam Uticam Corneliam cum Sexto filio; cognitum Catoni et Gnaeo Pompeio fatum Magni; discessum Tarchondimoti et aliorum sociorum: Catonis in fugam eorum convicia; Cyrenas expugnatas a Catone; naufragium in Syrtibus exercitus Catonis et iter per harenas petentis Iubae regnum; non inpetrasse Labienum, ut Cato consuleret Hammona de belli eventu; descriptionem Gorgonis occisae et sanguine eius nata omnia genera serpentum et vim uniuscuiusque et Psyllorum adversus eas potentiam naturalem; et adventum Caesaris in Aegyptum conspectoque Magni capite lacrimasse exitum tanti viri.

1. AT NON IN PHARIA MANES id est in Alexandria. W G'

3. BUSTO vult hic ἀποθέωσιν facere poeta Pompeio. W'

4. DEGENEREM ROGUM se non dignum, non quo rogus aliquando degeneret. W'G'

5. AXIBUS AER hunc dicit, qui vicinus est terris. Nam usque ad lunarem circulum turbidus est aer.

6. TERRAS INTER LUNAEQUE sapientes ita volunt: spatium, quod inter terram et caelum est, possidere animas nobilium defunctorum, inde verum de Anchisa 'aeris in campis latis'.

8. AETHERIS IMI 'imi' summi, ut Terentius 'pro supreme Iuppiter'. W'P

2 cepioni *MPa* | filio] P. *E ab alt. m.* | COGNITVS *E* || 3 gñ *MUE* ḡ · Ñ · *Pa* | 4 thar condi moti *E* tarchontis dimoti *U* | et aliorum] aliorumque *E* | 7 lauienū *E* || 8 hamonæ *U* || 9 et *ssc.* de *U* || 10 (h)oscyllorum *PaM* || 11 natulem *ssc.* ra *U* || 14 in *exh.* *P* | alexandrina *GADV* || 15 ΑΠΟΘΗΟCΙΝ dicit factam *AR'* || 16 se] sed *G'* | 17 degeneretur *G'* || 19 Nam . . . aer *om.* *W'* || 22 inde . . . 23 latis *om.* *G'* || 23 aeris] *Verg. Aen. VI 888* | 24 ut . . . 25 Iuppiter *om.* *UP* | Terentius] *Adelph. II 1, 42*

W'G' 9. COLLEGIT IN ORBES id est suscepit.

W'AR' 11. VERO puro.

W'G' 12. IMPLEBIT id est anima Pompei.

13. SUB NOCTE IACERET illic enim maius lumen invenit.

14. TRUNCI vanitatem scilicet sepulchri risit, cum ipse esset receptus in caelum.

W 16. SPARSAS VOLITAVIT hoc est: super sparsas classes in aere hic volitavit.

W'CG' 17. BRUTI hic enim postea in senatu Caesarem interfecit.

18. ET INVICTI POSUIT numquam victi.

WCG' MENTE CATONIS hic enim post Magnum duxit exercitum.

19. ILLE UBI PENDEBANT 'ille' id est Cato.

UBI PENDEBANT id est quando pendebant.

20. MUNDI FACERENT illud tempus dicit, quo adhuc non erat Pompeius occisus.

22. SENATUS quod ipsum potius sequeretur, non Pompeium.

W'CG' 24. TUTORE CARENTEM id est defensore Pompeio. Potest hoc translatum a minoribus accipi, qui a tutoribus gubernantur.

27. REGNUM CUPIENS ostendit Catonem nihil pro se facere, sed omnia pro senatu, si nec ideo vult vincere, ut ipse regnet, nec ideo superari non vult, quia metuit servire victori.

WCG' 30. QUAS scilicet partes.

W'CG 31. ACTU inpulsu.

W'CG' 32. CORCYRE SECRETA Corcyra insula in Ionio mari, quae antea Phaeacia fuit, ad quam delatus est Ulixes.

---

2 ÷ puro *U* || 5 sepulchri *G'*] sepultum *W'* | vanitatem ... risit] risit autem se esse sepultum *AR'* || 7 dasses *W* || 9 postea REDIT COD. C | occidit *UAR'V* || 11 posuit pro *U* | victi in mente catonis *G'* || 12 exercitūſ *C* || 15 facere *C* | quo] quando *G'AR'* || 19 canentem *C* || 20 tutoribus] deterioribus *G'* || 23 omnia] etiam *U* || 24 quia] quam *C* || 26 qua *C* || 28 iunio *C* || 29 phacacia *C* phacatia *W'* pacata *G'AR'* | vocabatur *U* | ulixis *W* *om.* *U*

33. FRAGMENTA RUINAE id est reliquias. WCG'

35. ARTASSE CARINAS ut cluderetur mare navium multitudine, ne conspici posset unda, quod dixit Vergilius 'latet sub classibus aequor'. Potest et sic accipi: quod a mari artatae sint naves, id est sibi admodum iunctae, eo quod tantum numerum capere pelagi latitudo non posset. W'CG'

36. DORIDA TUNC MALEAN civitas in promuntorio Maleo, ut Vergilius 'Maleaeque sequacibus undis'. Declinavit autem τὴν Δωρίδα.

TAENARON UMBRIS hic enim ingressus est inferni, ut Vergilius 'Taenarias etiam fauces a. h. D.'.

38. CRETA FUGIT id est a Creta navigat, ut ait Vergilius 'fugimus spumantibus u.'.

LEGIT CEDENTIBUS transit, ut Vergilius 'legimus freta concita terris'.

39. TUNC AUSUM id est Phycunta. WCG'

40. IMPULIT id est removit obstacula. W'CG'

PHICUNTA Phycuns civitas Graeciae iuxta Asiam. Haec obstitit classi, ne portum ingrederetur, et victa est.

RAPINAS id est qui non meretur nisi crudelis naves recipere, id est Caesaris, sive qui meruit excitare contra se classem, ut in eius exitium exclusa saeviret.

41. SPARSIT id est reiecit et reppulit. WCG'

42. PALINVRE TUUM portus est. W'CG'

---

2 clauderetur *UGR'* || 3 possit *G'* | quod dixit *om. UR'* | Vergilius *C*] *Aen. IV 582* || 5 sunt *U* | naves *om. U* | 6 eo *om. W'* || 7 possit *G'* || 8 promonturio *C* promunctorio *UG'* || 9 ut . . . undis *om. G'* | Vergilius] *Aen. V 193* || 10 τενΔοριΔa *U* ten dorida *C* tendorida *W* grece dorida *G'* || 11 haec *CG'* | est *om. W'C* | ut . . . 12 D. *om. G'* | Vergilius] *ge. IV 467* | tenareas *W'* | etiam *om. U* || 13 creata *in utroq. loco C* | ut . . . 14 u. *om. UG'AR'V* | Vergilius] *Aen. III 268* || 17 picunta *C* || 18 obsta *C* | obstantem phicunta (-onta *R'*) *G'AR'* | 19 gratie *C* || 21 RAPINAS (*G'*)] carinas *WC om. U* | mereretur *W'P* | classes *G'* || 22 respicere *W'C* || 23 classim *G* | exitum *G'* || 24 et reppulit *om. G'*

43. Ausonio monumenta ubi sepultus [est,] loco nomen inposuit, ut ait Vergilius 'aeternumque locus Palinuri nomen habebit'.

WCG' 44. Phrugio id est Palinuro Troiano gubernatori.

W'CG' Placuisse magistro ubi cum Aeneae classibus stetit Palinurus, portus est nominatus.

45. Tendentes vela carinae hoc dicit: adventantes de longinquo naves eos, qui erant cum Catone, terrebant. Cornelia enim in his ratibus navigabat et hi esse Caesarem suspicati sunt, dum suos venire non credunt.

47. Praeceps facit id est Caesar, qui erat turbidus, faciebat, ut essent cuncta metuenda. Est ergo ordo: praeceps victor facit omne timendum.

WCG' 48. Esse carina ipse Caesar.

WCA 50. Vel duri lacrimas 'vel' etiam, ut Vergilius 'vel Priamo miseranda manus'.

W'CG' 52. Privigniqve f. Sexti Pompei, qui filius fuit Pompei et Iuliae prioris uxoris.

WCG' 53. Litoribus Phariis ideo voluerat morari, si forte in maria revocatum Pompeium posset auferre. Et hoc inpetrare non potuit; nam maritum vidit ardentem.

54. Ostenditque rogum Corneliae scilicet.

WC Non iusti iusto.

WCG' Non iusti quia erat tumulus humilis et indignus.

WC Sepulcri sepulcro.

W'C 55. Fortuna o Fortuna.

1 ausonium *C* | est *om. CG'* || 2 ut . . . 3 habebit *om. G'* || 2 ait *om. U* | Vergilius] *Aen. VI 381* || 3 habet *C* || 4 Phrugio (*W*)] phirigio *C om. cett.* | gubernatori *om. G'AR'* || 6 palinulus *G* | nominatus] numeratus *C* | appellatus *U* || 9 hi esse] hies sę *C* hij esse *U* hii esse *A* ibi esse *WR' om. G'* || 11 qui erat *om. U* || 13 omnem timendam esse carinam · *G'* | metuendum *W* || 15 Vergilius] *Aen. XI 259* || 17 f. (*G'*)] manum *C* manum *et in marg.* vel fugam *W* | fuit . . . 20 Pompeium *om. C* || 19 si *G'*] ne *W* || 20 revocata *W* | afferre *U* | Et *WC*] Sed *G'* || 21 imperare *C* || 23 ⟨iusti⟩ vel iussu *U* || 25 sepulchri sepulchro *W*

57. Incubuisse viro hoc de more plangentium, ut Virgilius 'incubuit super atque haeret lacrimansque gemit', item alibi 'semianimemque sinu germanam amplexa fovebat'. W'CG'

Crines subaudimus 'indigna fui'.

58. Dispersi pelago quem unda disperserat adsidue fluctibus verberatum.

60. Favilla subaudimus 'ergo indigna ⟨fui⟩'. WCG'

64. O bene nudi insepulti. Potest legi et nulli; non enim sunt concremati. W'CG'

66. Maiore deum de hoc enim diis maior debet fieri invidia, quod talem tumulum Pompeius accepit, quam quod Crassi non habent ullum.

67. Iusta licebit 'iusta' funus, ut ait Cicero 'qui nondum omnia paterno funeri iusta solvisset'. W'C

68. Coniugibus nec Crassum enim potuit sepelire nec Magnum. W'CG'

Plenas plangemus moris enim erat, ut si corpora suorum non haberent, [ut] simularent funus et facerent sepulturam, quod et hanc in duorum morte coniugum credo fecisse. Hoc est, quod Virgilius ait 'viridi quem caespite inanem et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras'.

5.

1 morte *G'* | plangentum *W* | plangentium dictum est ut *G'* ut . . . 4 fovebat *om. UG'* || 2 Virgilius] *Aen. XI 150* | procubuit *et* gemens *Verg.* | gemi *C* || 3 alibi] *Aen. IV 686* | germinam *W* || 5 indina *C* digna *P* | fuit *P om. G* || 6 depersi *C* | desperserat *W* desperserit *C* || 7 verberat *G* || 8 abilla *W* ab illa *C om. cett.* | subauditum *C* || 9 nudi nulli nudi insepulti *C* | *nil nisi* mundi insepulti *exh. G'* || 10 concremari *C* || 11 diis *om. U* || 12 quam quod] cum *G'* | 13 habeant *G'* || 14 Cicero] *or. pro Rosc. Amer. 8, 23* || 15 omnia] etiam omnia *Cic.* || 16 poterat *U* || 18 mos : : *W* mos *UP* || 19 ut *om. G'AR'* || 20 sepulturum *W* sepulchrum *U* || 21 Hoc . . . 23 aras *om. U* | 21 Virgilius] *Aen. III 304. 305* | vir quedem *C* || 22 c(a)epit · e. *G'* cespitem *C* | inanem . . . 23 aras *om. G'*

WCG' 70. Instrumenta dolor quibus instruaris et crescas. Nam tumulus instrumentum doloris est, quotiens videtur.

W'CG' 71. Inpia Pompeium o Cornelia.

72. Victura superstes illa, inquit, debet exigere, ut marito tumulus extruatur, quae post eum victura est, ut sit, quo possit ire cum lacrimis, quod ego, quae morior, procurare non debeo.

73. Maligna exigua, ut Vergilius 'quale per incertam lunam sub luce maligna'.

75. Ostendit ordo: adhuc surgens aliquid ostendit.

76. Vanescit incipiente enim sole desinit conspici, quia flammam lux maior obscurat.

77. Tendent mihi ut longius ducta fumum videre non possim.

83. Si qua fides Pelusia difficile enim creditur, quod mulier solum hostile non timeat.

78. Non tellus subaudimus 'gratior est'.

79. Non alta terens Capitolia c. quod ter in Capitolium ductus a Magno iter triverit adsidue transeundo.

80. De pectore Magnus non iam, inquit, diligo, quod fuit felix, sed quod nunc miser est; hoc enim supra ⟨VIII 77. 78⟩ dixerat Magnus 'et ipsum, quod sum victus, ama'.

82. Non haerere queror id est queror, quod non sum pariter concremata.

WCG' Crimen commendat harenas terram; quam ideo ait amare, quod Magnum illic perdidit. Ob hanc causam

---

2 Nam . . . videtur *om.* *W'* ‖ 3 Pompeium *Lucan.*] pompeius *W* pom *C* ‖ 4 inquid *C* ‖ 5 qui *C* ‖ 6 ire possit *U* | morior *W'*] mori volo *G'* | mori pro lunam sub luce maligna exsigua aut vergilius *C* ‖ 8 Vergilius] *Aen. VI 270* | ut . . . 9 maligna *om.* *G'* | lunae *AR'* ‖ 10 Adhoc *G* ad hoc *CP* ‖ 11 enim *om.* *WC* ‖ 12 quam *W'C* | fumum *CG'AR'* | maior lux *P* ‖ 13 tendentem *C* | ductu *P* unum *C* ‖ 15 enim creditur] non timeat *G'* | ceditur *C* ‖ 16 solu ostilem *C* ‖ 18 ter] iter *U* | quod . . . 19 Capitolium *om.* *G'* | iter] cum iter *G'* ‖ 26 pariter] pat̄ *U* ‖ 28 amare *G'*] h(a)erere *WC* | perdidi *C*

ipsam diligo, quod illic Pompeius occisus est; nam cum eo esse desidero.

86. CONDITA CURA quae nunc usque ego in memoria reservavi. W'CG'

88. EXCIPITE a me missum suscipite. EXCIPITE verba Corneliae referentis ad filios verba Pompei.

90. CAESARIBUS REGNARE VACET quicumque de Caesaris gente fuerit, Caesares nominavit [omnes]. WCG'

91. NOMINIS FAMA aut mei nominis, ut Pompei filiis auxilia subministrarem, aut Caesaris nominis, ut auxilia inde mereamini, cum vos contra Caesarem dicitis dimicare. W'CG'

93. QUISQUIS POMPEIUS ambo enim filii eius Pompei dicti sunt, Sextus et Gnaeus. Possumus tamen de omnibus dictum accipere, qui fuerunt aliquando Pompei.

97. LIBERTATE CATONI ut non ipse bellum susciperet, sed libertas et Caesar; tunc vos Catoni convenit oboedire.

98. EXSOLVI TIBI haec iam Cornelia suo nomine loquitur, quod pertulit mandata Pompei.

99. INSIDIAE PATUERE TUAE ut viverem, dum volo tua iussa complere. WCG'

PATUERE valuere. WC

100. AUFER⟨R⟩EM PERFIDA VOCES ideo, inquit, me non occidi, ut possim filiis tuis dicere, quae mandasti. W'CPE

102. QUAM LONGO sensus hic est: incertum est, quando moritura sim, sed dum vivo, ab anima mea exigam poenas, quae, te cum perire conspiceret, non mox fugit W'CG'

---

1 ipsam] eam inquit *P* inquit eam *G* | cum . . . 2 desidero] eo esse *G om. P* || 3 memoriā *G'* || 5 suscipe *U* || 6 ad filios referentis *G* || 7 Caesaris *om. G'* || 8 fuerint *G'R' non liq. A* | omnes *exh. G'* || 9 aut *om. P* | ut] aut *G'* | filius *U* || 10 subministrare *P* ministrare *G* | nominis *om. P* || 11 dicitis dim.] dimicetis *G'* || 14 genus *C* | possimus *C* || 18 exsolvit ibi *C* | iam *om. G'* || 22 ⟨valuere⟩ vel patuere *G'A* || 23 perfidi *C* | inquit et me non *U* | me *om. WC* | me non occidi] vixi *PR'* || 24 ut] non *W* | possem *PER'* || 25 certum *C* || 27 quae te cum] qa cum *C* | conspiceret perire *G'* | mox fugit] aufugit *G'* | fugit] fuit *W'C*

in mortem. Ergo sic cruciabitur, ut maerore lacrimisque consumpta adceleret mihi fata tardantia.

WCG' 103. AB IPSA id est anima.

W'CG' 104. ANTE FERAM id est accipiam, antequam moriar.

WCG' 107. PER INANIA IACTUS id est per aerem, ut Vergilius ait 'magnum per inane'.

W'CG' 108. TURPE MORI POST TE SOLO turpe est, inquit, post te mori solo dolore non posse, id est maerendo consumi; nam illae mortes, quas dixi, eripiunt dolorem, et videor sic perisse, ne doleam, non quia dolebam.

110. PUPPISQUE CAVERNIS cavernas dixit interiores puppis angustias.

114. CLAMOR commotus adveniente discrimine Corneliam non movebat.

115. FACIENS ipsa Cornelia inprecabatur adversa iam timentibus nautis.

116. COMPOSITA IN MORTEM ut quem admodum perire vellet, sic iam membra componeret.

FAVITQUE PROCELLIS 'favit procellis' id est optavit, ut crescerent.

118. INDE TENENS PELAGUS 'tenens pelagus' id est inde descendens et navigans.

W'C TENENS tenet.

WC 121. PHARIOS vel patrios.

W'C ⟨PHARIOS⟩ COMITES a litore Phario.

W'CG' PATRIOS COMITES Romanos scilicet, sed qui ad Alexandriam cum Pompeio principe navigassent.

---

3. 4.

---

1 maerore] macerata *G'* || 4 antequam moriar *om. U* || 5 tactus *C* | ut . . . 6 inane *om G'* || 5 Vergilius] *buc. 6, 31* || 7 Turpe id est mori *WC* | inquid *C* || 8 consumi nam] consumam *G'* || 10 ne . . . dolebam *om. G'* || 11 interioribus puppis caū ∩ ʃ˙ *U* || 13 illam *U* || 14 movebit *G'* || 15 Ipsam precabatur *U* | iam *om. G'* || 21 tenent · pelagas *C* || 22 deinde *G'AR'* || 23 TENENS (*C*)] *om. W'* || 25 PHARIOS . . . comites] Epharios *U* | pharios *C* || 26 PATRIOS *om. W'C* | qui *om. G*

121. Magnus Pompei filius hic est Gneus Pompeius, qui fuerat cum Catone. WCG'

122. Et fratrem Sextum Pompeium. W'CG'

124. Romanaque Magnus 'Romana' id est quae fuerunt Romanorum.

127. Nefas audis nam ego vidi. WCG'

131. Hospitiis fretus superis potest iunctum ⟨esse⟩ 'hospitiis fretus superis', id est diis hospitalibus fretus; dicimus autem et 'illa re' et 'illius rei fretus'. W'CG'

Munere tanto quod regnum dederat ipse Ptolomeo.

132. In proavos cecidit hoc est: Ptolomei est proavis immolatus, vel quia domuerat regnum vel quia donaverat.

135. Socerum id est socerum illic esse credidi et ab ipso patrem esse prostratum.

136. Nec sanguis id est nec tantum sanguis. WC

139. Fama est hoc, inquit, homines loquebantur: servari caput Magni, ut advenienti Caesari possit ostendi. W'CG'

140. Quaesisse tyrannum ut crederetur, quod Pompeium ipse mactasset.

143. Quaecumque iniuria fati has omnes supra dixerat iniurias: aves, canes ignemque furtivum.

145. De parte de capite.

Magnus abusus est patris nomine; nam hic Gneus Pompeius erat, non tamen Magnus.

149. Remige ventos id est per remiges.

151. Merces hanc mercedem bellorum maximam dicit, si et patrem sepeliat et Ptolomeum interficiat.

---

3 Pompeium *om. U* ‖ 4 fuerant *U* ‖ 7 hospitis *C* | iunctum accipi *Oud.* ‖ 8 diis] dn̄s *C* | hospitalibus . . . 9 fretus *om. G'* | enim *U* | ex ila rex exilius *C* ‖ 10 dederant *C* ‖ 11 est proavus *W'C* ‖ 12 símolatus *C* | dimoverat eis regnum *G'* | 13 id est illic *G'* | socerum] caesarem *U* | credendi *U* ‖ 14 ipso *CG'*] illo *W'* ‖ 17 capud *C* | caput Magni *om. U* | posset *G* ‖ 19 ipse *post* quod *pon. G'* | ipse] ille *post* quod *pon. U* ‖ 20 facti *C* ‖ 21 canes scilicet *G'* ‖ 22 de *om. UG'* ‖ 23 hic *om. G'* | Gnaeus . . . 24 Magnus] gneus erat *U* | magus *C* ‖ 26 Merces (*G'*)] manes *WC* | mercem *C* ducit *P*

WCE 152. SANGUINE id est et sanguine.

W'CG MAGNUM id est ipsum Pompeium.

W'CG' 154. MAREOTIDE MERGAM Mareotis palus Aegypti, unde sunt uvae dictae a Vergilio, quod illic iuxta tales nascantur 'sunt et Mareotides albae'.

155. AMASIS rex Aegypti potentissimus.

W'CG 157. NUDO TIBI id est insepulto.

W'CG' 160. APIS bos est Isidi consecratus.

161. DEIS URAM CAPUT Pompei scilicet caput, quod reservatum est, sic uram: subter flammis deorum simulacra subponam.

164. SUPERISQUE FUGATIS nam deos se sparsurum esse minitatus est.

GENITOR o Pompei.

166. LAUDATAM IUVENIS et ipse laudavit et ipse conpescuit.

170. POTENTIS 'potentis' id est Pompei regis, ut ait Vergilius 'nimborumque facis tempestatumque potentem'.

171. SOLUTAS potest legi et 'lacrimis exhausta solutis'.

W'C 174. UT PRIMUM IN SOCIAE ubi Cato et unus ex filiis Magni.

W'CG' 177. PICTASQUE TOGAS triumphales dicit, quae palmatae appellantur.

W'CAR' 178. TER CONSPECTA IOVI ter enim constat triumphasse Pompeium, ut Paterculus scribit <II 40, 4> dicens 'huius viri fastigium tantis actibus fortuna extulit, ut primum

2 ipsum *om.* *U* ‖ 3 in egypto *U* | unde . . . 4 'sunt] unde virḡ sunt *U* | Vergilio] *ge. II 91* ‖ 7 sepulto *U* ‖ 8 Isidi] is indi *C* ‖ 9 DEIS . . . caput] Capud scilicet pompei *U* ‖ 10 sic . . . 11 subponam *om.* *G'* | supter *WC* ‖ 12 passurum se esse *G'* ‖ 15 ipse cato *U* ‖ 17 ut . . . 18 potentem *om.* *G'* | ait *om.* *U* | Vergilius] *Aen. I 80* | nimborumque facis *om.* *U* ‖ 19 SOLUTAS potest legi et] Legitur et *U* si dutas solutis solutas potest legi et *C* Et solutas et solutis (solutis et solutas *G*) potest legi *G'* | SOLUTAS] solatas *W* ‖ 20 pompeii *U* | unus . . . 21 Magni] pompeius sextus (*om.* *R*) erant *R'V* *om.* *A* ‖ 22 TOGAS triumphales dicit] triumphales togas dicit *G'* id est triumphales *U* *post* appellantur ‖ 25 patereulis *C* pat̄eulis *A* paut̄eulis *R'* ‖ 26 auctibus *Paterc.* | fortuna *AR'* fortunam *W'C*

ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Hispania triumpharet et, quot partes terrae sunt, totidem faceret monumenta victoriae suae'.

178. Iovi ad Capitolium enim ire consueverant cum triumpho. W'CG'

179. Magni cinis quasi de corpore ipsius collectus esset; Cornelia sic habebat.

180. Exemplum pietas a Cornelia enim didicerunt sepelire suos, quorum corpora non haberent.

181. Reddentia manibus ignes ut illos, quos in Thessalia perdiderunt, similiter humarent vestibus concrematis, ut fecit Cornelia de marito.

183. Apulus herbas pro regione posuit Apulum

184. Igne fovet terras ut Vergilius 'saepe etiam steriles incendere profuit agros'. WCAR'

185. Lucent buceta hic autem omnes montes appellavit, ubi boves sunt infiniti. W'CG'

187. Quod in superos ordo: quod audet omne vulgus. WCG'

188. Deis obicit 'obicit' prima syllaba metri necessitate corripitur. W'CG'

189. Veri id est veritatis. W'CEA

190. Multum maioribus hoc dicit: perit Pompeius ita ut ante maiores. W'C

191. Modum modum potestatis suae ponere, sed in hoc ipso profuit rei publicae, quod numquam veritus est aequitatem; nam calcasset rem publicam Caesar, nisi furori suo ad resistendum aliquem repperisset.

14—15. 18.

2 et *AR'* ut *W'C* | terrae] terrarum orbis *Paterc.* | faceret *R'* facerent *W'CA* | monimenta *UR'* || 4 ad] capitolino dicit ad *G'AR'* | cum triumpho *om. G'* | 8 didicerant *P* || 9 suos sepelire *G* || 10 in Thessalia] inter alios *C* || 11 vestes concremantes *G'AR'U* || 12 ut . . . marito] ut cornelia *U* || 13 Apulum *om. U* || 14 Vergilius] *ge. I 84* || 16 hi *C* || 17 ubi . . . infiniti *om. G'* || 19 Dehis *C* || 20 corrumpitur *G* || 21 veritis *W* veritas *C* || 22 perit *om. U* || 25 est veritus *AR'* | est *om. W'C* | 26 puplicam *W'C* | furoris *C*

WC 192. Cui quod.

W'CG' 193. Plebe parata ordo est: et solus privatus parata sibi plebe servire.

195. Regnantis erat ut senatui imperare vellet, sed cum senatum ipsum regnare petisset.

Iure poposcit per vim atque victoriam.

196. Voluit sibi posse negari sensus hic est: volebat ipse difficilia et magna praestare, quae si sibi poscenti propter magnitudinem negarentur, aequo animo sustineret.

197. Inmodicas sine modo.

W'CG Sed p. r. maiora intulit bona quam ipse retinebat. 'Plura' ergo 'retentis' accipimus 'a retentis'.

W'CG' 202. Fortuna felicitate.

204. Olim vera fides sensus hic est: cum recepti in urbem sunt Sylla et Marius, libertas vera succubuit Nam Pompeio perempto etiam umbra libertatis, quae remansisse videbatur, ablata est. Ergo illorum vita rei publicae nocuit, huius interitus.

WCG' 205. Rebus adempto id est humanis rebus sublato scilicet interempto.

206. Nunc et ficta p. subaudimus 'fides libertatis'.

W'CG' Pudebit id est quemcumque de civibus.

207. Nec color imperii est ut dicat se rei publicae velle consulere, cum aliquis affectat [ad] regnum.

Frons senatus est, si cum ipse imperet, senatus nomen apponat, cui se dicat omnem potentiam reddidisse.

2—3.

2 et *G'AR'*] a *C om. W'* || 3 sibi] si *G* || 4 senatu *C* senatum *W'* | sed cum] secum *C* || 5 senatum ... petisset] senatu imperaret *G'* || 6 adque *C* || 8 ipsa *W* | praestari *W* | si *om. C* || 9 sustinerent *C* sustinebat *U* || 10 modo] dubio *U* || 11 Sed p. r. (*G*)] retentis sed. ꝑ. p. *W* Sed r. p. *U* | Sed ... 12 ergo *om. C* | a retentis *G A*] arentis *C om. W'* || 14 iste *C* | repti *U* || 15 umbra lib.] vera libertas *G'* | libertatis *om. U* | 17 est *om. U* || 18 huius] Sic et huius *G'* | interitus rebus *fin. schol. in W'C* || 19 *nil nisi* humanis *et* sublato *exh. G'* || 21 ficta perit nutet *C* || 22 quem-] que- *C* || 24 aliquis ... regnum] aliquid affectat *G'* | afficiat *C* | ad regnum affectat *U* || 25 Frons ... si] Vlla. si *G* sed *P* | impleret *C* || 26 opponat *W'C om. P*

208. OBVIA VICTO id est Pompeio, cui victo occurrit interitus.

209. QUAERENDOS PHARIUM ut mortem, quam quaerere superatus omni studio debuisset, ei offerret nefas, quod Ptolomeus admisit. WCG'

210. VIVERE REGNO scilicet quae esset infamia. WC

211. SORS PRIMA VIRIS prima felicitas, si victi sponte moriantur, secunda, si coacti. Pompeio ergo dat secundam sortem, qui coactus occubuit. W'CG'

213. DA SIMILEM FORTUNA IUBAM fatalem. WC

DA SIMILEM F. I. si 'fatalem' legimus, subaudimus 'da, o' Fortuna, ut, quem admodum Pompeium Ptolomeus occidit, sic me Iuba interficiat. WCG'

NON DEPRECOR non recuso. W'CG

HOSTI Caesari.

214. CERVICE RECISA ut Pompeius est reservatus. WCG

217. MORTIS HONOS ordo: maior mortis honos. WCG'

219. TARCHONDIMOTUS hic dux fuit piratarum, qui a Catone abduxit exercitum. W'CG'

SIGNA CATONIS id est dedit signa, quibus Catonem milites derelinquant

225. APERTA id est non dissimulans, quod abire cupiebat.

227. POMPEI id est amor. WCG'

228. FAVORI id est non nostra causa, sed studio, quod alii praestabamus. W'CG'

229. PRAETULIT ORBIS pro quo bella suscepimus. W'CR'

230. NOSTRA PERIT sensus hic est: postquam Pompeius occisus est, propter quem totus orbis ad bella W'CAR'

---

1 victo *om. U* || 3 quam] cum *C om. W* || 4 superatis *W* superastis *C* | offerret *G*] offerre *WP* offerrere *C* | quod . . . 5 admisit *om. G'* || 6 renos *C* re nos *W* || 7 et si *G'* | sponte *om. G'* || 8 ergo *om. U* || 10 factalem *W* | 11 Da similem · f. i. da similem · i · talem si *G* Da similem · f. i. talem. si *P* | sic factalem *W* || 18 hic . . . fuit] Fuit dux *U* || 19 obduxit *G'* || 21 derelinquat *C* deserant *U* || 22 dissimulas *C* | quod . . . 23 cupiebat *om. P* | ire *G* | 25 sed . . . 26 praestabamus *om. G'* | praestabimus *U*

convenit, et causa nostra, qua dimicabamus, extincta est; erat enim causa Pompeius.

W'CG' 232. PUGNAE ordo: nam quis erit pugnae finis, si nec Pompeius erit nec Pharsalia, id est finis.

233. TEMPORA VITAE si, inquit, vitam et eius fructum per bella perdidimus, saltem in quiete moriamur, quoniam iam dari otium non potest vitae, quae paene finita est.

234. IUSTAS sibi meritas et dignas.

236. VIX DUCIBUS P. P. scilicet quia Pompeius est insepultus.

W'C BARBARA VICTOS tractat, an debeat timere, si vincitur.

W'CG' 238. SUB IURA TOGATI CIVIS EO leve facit imperium, si et civis est et togati.

WCG' 239. QUISQUIS MAGNO V. S. deest fuit.

240. HIC MIHI Caesarem dicit, quem post Pompeium meritum fuisse non dubium est.

W'CG' SACRIS Pompei scilicet.

241. DOMINUM Q. C. nam si eligeret, Pompeio inrogaret iniuriam, nunc autem inponitur Caesar dominus, non optatur.

WCG' 242. DUCEM legitur et ducum; ⟨ducem⟩ id est secutus.

W'CG' 245. SPARSIT dissipavit.

246. CLAUSA FIDES MISERIS hoc dicit: vires desunt, quia Emathium certamen totum fugavit exercitum. Fides iam nulla blanditur, quia a sociis nostris est Pompeius occisus; ergo cedamus.

TOTO S. I. O. E. id est Caesar.

---

1 qua] qđ *C* ‖ 3 erat *C* | finit *C* ‖ 4 pompeii *U* | erit *om.* *G'* | nec *om.* *P* | id est finis *om.* *G'AR'* ‖ 5 vitam eius per bella perdimus *G'* ‖ 7 iam *om.* *G'* | quae *om.* *G'* ‖ 8 iustus *C* | sibi *om.* *G'* | et dignas *om.* *U* ‖ 10 insepultus est *UAR'* ‖ 11 vicitos *W* victus *C* *om.* *U* | tractatam *C* tracta an *W* tracta si *U* ‖ 12 facit *WP*] fecit *CUG* | si et] si *G'* ‖ 16 meritis *C* ‖ 18 eligeret *W*] eligeretur *G'* elegerit *C pr U* elegiret *U* ‖ 19 inponitur . . . 20 optatur] cogitur *G'* | obtatur *C* ‖ 23 hoc dicit] id est *U* | 24 fugabit *C* | 25 Fides . . . 26 cedamus *om.* *G'* ‖ 27 totus. i. *W*

248. Pompeio s. e. b. c. p. sensus hic est: nunc post mortem Pompei si geramus bella civilia, [nunc] scelus vocabitur, quae cum illo vivente gereremus, fides nominabatur. Videbamur enim ideo dimicare, dum Pompeio fidem voluimus exhibere.

251. Que consul h. id est Caesar: nam supra ingressus urbem sibi dederat consulatum.

257. Tu quoque p. d. ut ille se pro Pompeio pugnasse confessus est, cuius orationem supra est executus.

258. Non in r. l. id est ideo tibi displicet bellum, quia iam tuo labore alteri regna facturus es, sed pro te dimicabis.

260. Tibi v. t. e. quia dominum neminem facies. Nam hactenus non tibi vixisti, sed ducibus.

261. Vacanti nescis s. r. p. absoluta locutio 'nescis pati sine rege', id est aut vitam pati nescis aut nescis esse sine rege, ut ait Vergilius 'certum est in silvis, inter spelea ferarum malle pati'.

262. Nunc c. p. d. hoc dicit: nunc iustius laboratis et quaecumque sunt subeunda discrimina, digne in hoc tempore perferuntur. Iam enim vobis vincendo non alii proderitis.

263. Pompeius abuti valde uti, ut Cicero 'quousque WC
tandem abutere, Catilina, patientia nostra?'

265. Prope l. deest sit. W'CE

266. Tribus e d. de Caesare, Pompeio et Crasso solus WC
Caesar est relictus.

---

2 Pompei *om. W'* | nunc] sed *G* · s. *P* || 3 iubente *G'* || 4 nominabitur *UD* | pugnare *U* || 5 volumus *UG'* | exibere *CUP* || 6 supra *om. U* || 7 urbem ingressus *G'AR'* || 8 pro Pompeio] proptio *WC* promptior *U* | pro *om. P* || 9 confusus *C* || 10 id est *om. G'* | bellum *om. U* || 11 est *W* set *C* | pro] p *G* | dimicas *G'* | 12 Tibi v. t. e · (*WC*)] Quod tibi *G' om. U* || 13 Nam . . . ducibus *om. W'C* || 14 s. *om. C* | locutione · scis *G'* | Scis *C* | 15 aut *om. G'* | aut nescis *om. G'* || 16 esse *om. P* | sinere *W* sine re *U* | ut . . . 17 pati *om. G'* || 16 ait *om. U* | Vergilius] *buc. 10, 52. 53* || 17 spelea *U* deserta *WC* || 19 qua ecumqu erunt · subehundea discriminat dignem hoc *C* || 20 perfruuntur *U* | aliis *G'* || 22 *nil nisi* valde *exh. G'* | Cicero] *or. in Cat. I 1, 1*

W'CG' 266. PLUS R. N. C. I. L. hi enim Pompeium, illi Crassum percusserunt, quod libertati et legibus prodest dominis duobus ablatis.

WC 269. STERNITE legitur et spernite. Unum significat spernite et sternite.

W'CG' Id est plus facite quam videtur fecisse Ptolomeus. Offerte victori Caesari uxorem Pompei et filios eius et me ipsum. Ptolomei autem munus dicit Magni caput, quod Caesari pro munere praeparavit.

VESTRAS U. P. E. N. C. M. sensus hic est: cum vos dedistis, timere nolite. Ita enim estis ignavi, ut nemo vobis credat in civili bello aliquem vulnerasse, quod quidem viris est criminosum, si innocentes putentur a caede, cum gesta sunt bella civilia.

275. MAIORA MERERI hoc est: ut libertatem potius vincendo mereamini.

277. PROLESQUE ipsa Cornelia.

278. POMPEIOS filios Magni.

PTOLOMEI hoc supra dixit ⟨268⟩ 'Ptolomei munus et arma spernite'.

280. SCIAT ISTA IUVENTUS sensus hic est: intellegetis me fuisse dignum, quem sequeretur exercitus. Dum pro cervicibus meis plura vobis Caesar dona largietur, probabit tantum me fuisse, quem optaret occidi.

---

1 hic *W'* | illic *W* || 2 duobus dominis *G'* || 3 duobus *om.* *U* | oblatis *C* sublatis *U* || 4 Spernite legitur et sternite *G'* Vel sternite *U* || 7 victoriam *W'C* | Caesari *om.* *G'* | et *om.* *W'C* | eius. Aut phtholomei munus *G'* || 8 capud *C* | Caput magni dicit *U* || 9 servavit *G'* || 10 vosmet *G'AR'* || 11 nolite timere *G'* | gnavi *C* || 12 aliquem *ante* in *pon.* *G* || 13 incentes *WC* | putentura] proventura *W* sint proventura *U* sunt *G'* | a . . . 14 civilia *om.* *G'* | sint *W'* || 17 prolasque *C* | ipsa *om.* *U* || 18 pompeius *WC* *om.* *cett.* | filius *W* || 19 dixi *C* | Ptolomei *om.* *G'* || 21 Sciet *G'* si & *C* | intelligens *C* || 22 plus quam cervicibus meis *W'C* dum pro cervice mea *G'AR'V* || 23 dona caesar *UAR'* | largietur *AR'* largiatur *G'* largitur *W'C* | probavit *CU* | optet *U*

282. Magna meritum id est nos occidendo vobis ingens meritum comparate.

283. Scelus est tantum f. id est sola fuga, nisi et nostrum interitum iunxeritis; quod fugitis crimen ignavum est.

285. Examina apes.

287. Amarum hominibus, non apibus, ut Vergilius 'et salices carpetis amaras'.

288. Phrygii sonus i. a. ut ait Vergilius 'matris quate W'CAa cymbala circum: ipsae consident medicatis sedibus'. Sic ergo Cato fugientes milites sua voce revocavit, ut errantes apes aeris sono retinentur.

292. Divitias s. c. id est apes. W'CEAD

295. Constituit id est Cato constituit, et erit ordo: W'CG' iamque mentes actu belli et serie laborum quietem ferre non doctas agitare constituit.

Serie diuturno actu.

298. Labor exclusus haec enim sine proelio transierunt.

299. Poenaque devictis s. e. v. C. hoc est: sufficiebat Catoni ad vindictam, quod superabat, poenam nullam ulterius exigebat a victis.

300. Contermina confinialia, vicinos terminos habentia.

302. Hanc audax id est naturam. WCE

304. In dubio t. p. ut neque mare esset neque terra; WCG' hoc est: in dubio reliquit.

7—8. 24.

1 magnum *WC om. cett.* ¦ 2 parate *G'* ¦ 3 et] ad *G'* ‖ 4 fugatis *pr U* ¦ 7 omnibus *W'* | ut . . . 8 amaras *om. G'* ‖ 7 Vergilius] *buc. 1, 78* ¦ 9 phygiis *C* | Vergilius] *ge. IV 64. 65* ‖ 10 ipsae consident *om. U* | medi&atis *C* ‖ 12 aeris sono] sacris somo *C* ‖ 13 apes *EAD om. cett.* | Divitias casae id est (hoc sunt *D*) apes *R'* ‖ 14 Constituit . . . ordo] id est cato constituit *W'C* id est cato *gl. P et* Constituit. Ordo *P* Constituit. Ordo *G* ‖ 17 labore *U* ‖ 18 hinc *G'* ¦ 22 ulterius *U*] alterius *WC* aliam *P* aliter *post* exigebat *G* ‖ 23 confinalia *G* confinia *PAR'EV* | vicinos terminos habentia *om. U* habenti *WC* ‖ 25 t. *om. C* 26 reliquid *W*

W'CG' 305. NEQUE SUBSEDIT ut mare esset.

306. NEC SE DEFENDIT ut altior facta imaginem terrae possideret.

307. AMBIGUA SED LEGE L. 'ambigua loci lege', ut terra accipi posset et mare. Hoc supra dixit ⟨304⟩ 'in dubio pelagi terraeque reliquit'.

WCG' 308. AEQUORA id est iacent.

W'CG' 309. LITORA legitur et litore.

W'CG PROIECTI LITORA FLUCTUS 'litora' posuit dorsa stagni, quae inter fluctus apparebant, ubi tantum percussa unda resonabat.

WCG' 310. NULLOSQUE E. I. U. non est terrae usus et mari⟨s⟩ in Syrtibus. Loca sunt otiosa.

W'CG' 313. SED RAPIDUS T. P. S. N. P. hoc dicit: quod ante Syrtes ipsae sic plenae fuerint undis, ut sint maria; sed per saecula infinita sol inde exhauriens aquas, quibus ignem suum nutrire perhibetur, loca illa paene siccarit. Sic ipse alibi ait ⟨VII 5⟩ 'et attraxit nubes, non pabula flammae'.

314. ZONAE V. P. quod illic maior sit ignis de caelo; inde siccantur Syrtes, immo minuuntur.

316. DAMNOSUM per quod cuncta dispereunt.

317. TELLUS S. E. id est quae nunc Syrtis est, tunc erit tellus. Vult autem accessu temporis eam posse siccari.

BREVIS U. S. 'superne' desuper, ut Oratius 'facie[m] formosa superne'.

---

2 defendat *W* | solidior *G'* || 5 possit *G* | hoc... 6 reliquit *om. U* reliquid *C* || 7 iacet *C* || 9 protecti *WC* | proiectus fluctus *U* || 10 ibi *C* || 12 nullusque *C* | non] num *W om. G'* | numes siter re *C* | usus *om. G'* || 14 N. (*W*)] M. *C leg.* L. || 15 fuerunt *C* || 16 exoriens *G'AR'V* | aquis *G'AR'* || 17 siccarint *C* siccaret *G'* siccant *U* || 18 Sic] sicut *UR' om. G'* | dicit *U* | et *om. UG'AR'* | adtracxit *C* || 19 flammis *Lucan.* || 21 inde siccantur] desiccantur *U* | 22 quod *UG'AR'V*] quem *C* quem *in marg.*[?] vel quod *W* || 23 quae nunc Syrtis] nunc sirtis *G' post* tellus || 25 siccare *U* || 26 ut . . . 27 superne *om. G'* || 26 Oratius] *Horat. a. p. 4*

321. In sua r. f. id est in mare, ubi optinet potestatem.

Temptatum classibus a. quod classis Catonis ingressa est.

322. Turbine d. ipse auster defendit, scilicet ut temptari a classibus non posset. W'CG

323. Et inlato potest sic accipi 'in lato', ut duae partes orationis sint, [potest et ut una sit], et sit hic sensus: longeque a Syrtibus undas egit, id est de longinquo a Syrtibus undas impulit in Syrtes scilicet et in lato confregit litore pontum. Ipsas Syrtes latum litus accipimus, ubi fluctum dispersum ventus infregit. Et 'inlato', quod fluctus a Syrtibus in mare traxerit eosdemque fregerit in litore. 'Inlato' ergo una pars orationis est, ut ad fluctum admoveretur litus, non veniret fluctus ad litus; hoc ad celeritatem posuit exprimendam. W'CG'

324. Tunc quarum id est navium. W'CGE

Recto id est erecto. CGEAR'

326. Vela n. n. id est et cum vellent quidem vela deponere, sic inflata sunt vento, ut extra spatium navis exirent. W'CG'

Spatium v. c. ipsa vela vicerunt carinae spatium. W'C

327. Omnia si quis dicit et illos victos, qui adhuc vela erecta habebant, et illos, qui deponere coeperant.

330. Sors melior c. q. f. i. a. in mari enim medio non est de tempestate discrimen. W'CG

22.

1 in *om.* *U* | ubi . . . potestatem *om.* *G'* || 3 intravit *U* || 4 temtari *C* || 6 Et *exh.* *C* || 7 orationis *om.* *U* | potest . . . una sit *om.* *W'CAR'* | ut *om.* *P* | et sit] et sic *CU* || 9 undas . . . 12 Syrtibus *om.* *G'AR'* || 11 fluctuum *W'* dispersum *Weber* dispersorum *codd.* || 13 easdemque *G'* | ergo . . . 14 ut *om.* *U* | ut . . . 15 veniret] Nam ut admoveretur litus ad fluctum · non veniretur *G'* ut (*om.* *U*) ad fluctum (-tuum *U*) admoverit (admovere *W'C*) litus non venerit *W'CAR'* || 18 est recto *C* || 19 et *om.* *G'* | quidam *W'C* || 20 ventis *G'AR'V* | ultra *G'R'V* ultro *A* | naves *G'* || 25 in] ∧ *U*

WCG' 331. Certo i. m. quia iuxta litus in vadis incertum mare est, quoniam altitudo eius ignota est.

W'CG' 332. Flatum e. f. id est quae carentes velis vim venti adversantis evaserant.

WCG' 334. Victor ipse aestus maris.

335. Has vada d. scilicet naves.

Interrupta p. t. f. p. non continua, sed in loca diversa collecta; dicit autem harenas.

W'CG' 336. Dubia utrum mergatur an haereat.

338. Inpactis b. m. naves enim violenter inlisae commotam terram altius erexerunt et sic magis vadosum mare habere coeperunt.

WCG' 339. Obvia consurgens subaudimus 'et terra tunc magis obvia consurgens'.

W'CG' 340. Saepe t. c. f. n. v. h. dicit maiores harenarum cumulos et aggeres fuisse quam fluctuum.

341. Procul o. a. id est longius, quam quaecumque sunt arva, sublatus est, hoc est: in modum montis erigitur et eminet omnibus terris.

344. Litora n. v. in medio enim mari haec vult contigisse.

WCG' Sic partem id est ratium.

W'CG' 345. Regimen c. q. s. e. hoc dicit: divisam esse navem et haesisse mediam, mediam navigasse.

346. Tuta f. ipsa pars ratium navigatione tutissima.

347. Tritonos ubi Minerva nata Tritonia nominata est.

348. Deus quem id est amat; deum autem Tritonem dicit, quod nomen convenit ad paludem.

5.

1 qui *C* | iuxta] vix *G'* || 2 ignotam *C* | est *om.* *WC* || 3 statum · e. f. id est actus maris Carentes *C* || 5 ipse et *G'* | aestus] actus *C* || 6 navis *G* *om.* *P* || 9 *leg.* Dubio ' mergantur *et* haereant *G'* || 10 ⟨Inpactis⟩ vel inpactum *in marg.* *W* | ⟨inpactum⟩ vel inpactis U_2 | b. m. (*W*)] l. n. *C* | Inlesae *C* || 11 commota (ta *add.* *P*) terra *G'* || 17 qua *C* || 20 litor *et spatium rel. quinque litt.* *C* | n a · *C* || 22 patrem *C* || 23 hoc *om.* *U* || 24 navim *UG* | *alt.* mediam *om.* *UG'* || 25 ratis *G'* | satis *W'* sastis *C* || 27 amat deum] amatheum *W'* amat deus *C* amat · i · (· s · *P*) deum *G'* | autem *om.* *G'* | tritonum *WCG'* || 28 ap$\overset{a}{u}$lude *U*

351. Terrarum p. L. ordo: terrarum primam Libyen tetigit; διὰ μέσον, nam proxima caelo est, ut probat ipse calor.

353. Vultus v. a. id est suos, cum ad tibias cecinit

354. Et se d. T. ordo: et ab unda dilecta Tritonida se dixit.

Tritonida τὴν Τριτωνίδα declinavit.

355. Quam iuxta legitur et quem. Si 'quem' legimus, id est locum, si 'quam', id est paludem Tritonida. W'C

Tacitus id est magnus, ut Vergilius 'tacitumque obsedit limen A.'. W'CG'

356. Venis legitur et ripis.

357. Insopiti quondam id est iuxta Lethum horti Atlantis, cuius sunt Hesperides filiae, a quibus Hercules aurea mala diripuit; hoc Virgilius sic ait 'Hesperidum templi custos epulasque draconi quae dabat et sacros servabat in arbore ramos'.

Tutela quem ipsa tueretur.

358. Pauper s. f. h. 'pauper' postquam arbori poma sublata sunt.

359. Invidus annoso q. f. d. id est hortus ipse, dum quae tunc habuit mala, nunc non habet, facit, ne quis credat umquam mala aurea procreata.

360. Vates ad vera vocat id est poetas facit fabulosa non scribere, cum probat se numquam generasse, quod non habet, et eorum dicta falsa esse profitetur.

---

1. _ _ ..

2 ΑΙΑωΗe mι *W* ΑΙΑωΗΕΜΙ *U* κ ΔΙΔΙωΝecοι *C om. G'* | nam . . . 3 calor *om. U* || 2 nam . . . est *om. G'* || 5 tritoni dux *C* trinida *W om. G'* || 7 tritonidas ΗΝΤΡΙΤΟΝΙΔa *U* tritonidas · Ν · Ν · Τ · Ρ · Ι Τ Ο nida *W* tritonida ΝΤΙΤamda *C* tritonida · grece tritonida *G'* || 8 et quam *U* | quem quam iuxta · si *C* | ⟨quam⟩ vel quem id est iuxta quem locum *AD* || 9 paludem *in marg. W* || 10 ut . . . 11 A. *om. G'* || 10 Vergilius] *Aen. VII 343* || 13 l(o)etheum *WU* lex *(?)* hum *C* || 13 hortus *P* ortus *GR'* || 15 hoc . . . 17 ramos] ut virgt *U om. G'* || 15 Virgilius] *Aen. IV 484. 485* || 18 tuetur *UR'* || 23 procreasse *G'* || 24 ac vates *W* || 25 non] nos *G'* || 26 non *C*] modo non *G'* nunc *W'* proficiet *C* perhibetur *G*

WCG' 361. ET FULVO GERMINE R. id est graves.

W'CG' 364. ROBORA ipsam arborem cingens.

365. NEMORIQUE L. tamquam in ferendis his malis aut nemus pondere laboraret aut ibi labor esset, ut gigneret.

W'C 366. PASSUSQUE I. S. P. R. utrumque reddidit, quod ait 'arboribus abstulit pretium'; passusque inopes, quod ait 'nemorique laborem sine pondere ramos'.

W'CG' 367. ARGOLICO F. P. T. Eurystheo, ut Virgilius 'rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae pertulerat'.

W'CE 369. SYRTIBUS id est a Syrtibus.

W'CG' 370. SED DUCE P. L. M. I. O. hoc dicit: unam militum partem cum Pompei filio adpulsam ad Libyam, cum Catone vero aliam remansisse.

371. MANSIT id est classis.

373. TERRA[E] CINGERE S. circumire per terram.

WCA TERRA CINGERE S. id est audet.

W'C 374. Hoc legitur et haec.

W'CG' CLAUSERAT AEQUOR id est quae homines a navigatione prohibebat.

375. ET SPES IMBER ERAT ut aestus timeri non posset sperato imbre de tempore.

377. HINC BRUMA T. A. dicit, quem admodum iter possit et a frigore nimio et ab aestibus temperari. Ne frigus, inquit, sentirent, faciebat aestus, ne paterentur solis ardorem, praestabat tempus hibernum.

---

2 cinges *C* ‖ 3 inferendus *C* | his malis inferendis *U* ‖ 4 laborat *G'* | aut ibi *bis C* | laboras s & *C* | generet *G'* ‖ 6 pretium abstulit arboribus *W* ‖ 8 erystheo *W* eristeo *C* acristeo *U* | Virgilius] *Aen. VIII 292. 293* ‖ 9 pertulerit *Verg.* ‖ 10 id asirtib; *ssc. atramento pallidiore W* ‖ 12 partem militum *U* | pompeio *UR' non liq. A* | appulso *G'* ‖ 16 TERRA CINGERE S.] terraem | geres *C* terrae cingere. s. *W* | *nil nisi* circum *exh. G'* ‖ 17 et hoc *U* ‖ 20 timere *W'C* timori *P* | possit *pr U* ‖ 21 sperato imbre de tempore *G'AR'*] speratu imbre id ÷ *W om. CU* ‖ 22 hic brumant *inter* imber *et* erat *l. 20 pon. C* | dicit . . . 23 a] Dicit mundum in se posito *G'* | temptari *U* ‖ 24 aestus] Libies zona quae calida est. *G' nov. schol.* | faciebant *U*

378. INGRESSURUS id est Cato.

379. QUIBUS UNA S. P. hanc salutem dicit superesse, si in libertate moriantur.

382. EXUSTAQUE 'haec exusta' genere neutro plurali numero declinavit.

383. QUA NIMIUS T. E. ⟨R. I.⟩ F. U. duo laboriosa: sol torridus et unda difficilis.

385. DURUM ITER AD L. P. Q. R. A. sensus hic est: euntibus, inquit, ad libertatem et ad amorem patriae iter durum est atque difficile; nam ad dominum [qui vult] ire perfacile est.

387. EVADERE VOTO id est qui non optant evadere. W'C

388. SI QUIBUS I. S. E. si quibus hoc quod eunt W'CG' sufficit nec curant, quod possit accidere.

389. TECTOQUE M. P. V. ego, inquit, nihil vobis prosperi spondeo, ut iter hoc possit timentibus persuaderi.

391. VEL QUAE TRISTISSIMA hoc est: etiam quae sunt W'CG tristissima.

392. AT QUI SPONSORE S. ille autem, qui [ut ea] vult W'CG' sibi vitam ante promitti, eat meliore via, id est ad dominum, id est ad Caesarem. Nam illa via durior est, qua itur ad leges.

397. FATOQUE V. P. [M.] hoc est: quod me primum pati videritis, hoc et vos passuros esse promittite.

398. SITIAT QUI C. Q. B. V. id est me bibentem. WCG'

8—11.

1 est . . . 2 VNA] est busuna *C* || 3 si] ut *G'* | moriatur *W'C* || 4 EXVSTA *om. CUG'* | exusat *C* | plurali numero *om. G'* || 6 duo . . . 7 et] laboriosa (-sas *W*) cultoribus et (ex *U*) *W'* || 8 Q. . . . 10 difficile] dificile *C* | est ut *W'* || 10 atque *om. W'* | qui] siquis *G'* || 11 facile est evadere. *G'* || 12 vota *C* | id . . . evadere *om. C* || 13 SI] se *C* | eunt] er̄ *C* || 14 quid *P* | posset cidere *C* || 16 ut iter *om. C* | itur *U* | hoc *om. W'C* | timentibus *om. P* | persuadere *WC* persuade *U* || 17 vela quae *W* || 18 AT *W*] aut *C om. cett.* | ut ea *om. G'* || 20 eat . . . 21 illa via] meliore la via *C* · κ · meliore via *W om. U* || 23 est] dicit *G'* || 24 scitote *G'* || 25 bibentem] bibem *C* libentem *W om. G'EAR'*

WCG 399. QUICUMQUE P. id est me petentem viderit.

400. AUT EQUITEM P. P. T. subauditur 'quicumque me viderit'.

W'CG' 401. SI QUO FUERIT D. N. D. A. M. E. sic, inquit, omnia vobiscum aeque sustinebo, ut nemo intellegat, utrum sim imperator an miles.

403. GAUDET PATIENTIA D. id est quicumque patientes sunt, gaudeant sibi gravia contigisse, quae tolerent.

404. LAETIUS EST Q. M. S. C. H. sensus hic est: plus gratiae laus habet, quotiens difficilius comparatur.

405. SOLA POTEST L. T. P. M. 'turbam malorum' id est turbationem, ut quae mala sunt, confundatur inter recta. Nescitur enim an turpe sit fugisse, cum sit per invia isse virtutis.

WC 406. CALENTIS legitur et paventis.

W'CG' 408. INREDUCEMQUE VIAM per quam non erat ipse rediturus.

409. CLAUSURA S. hic enim periturus est Cato.

410. SECURI FATA C. nihil timentis aliquando.

WCa 411. TERTIA PARS RERUM LIBYE subaudi 'est'.

W'CG' 412. AT SI VENTOS CAELUMQUE SEQUARIS PARS ERIT EUROPAE nam cum Asia habeat totum eurum, boreae latus sinistrum, noti dextrum, Africa vero et Europa simul habent zephyrum, boreae latus dextrum,

---

1 me petentem *om.* *G* || 2 equitatem *C* equitum *W* || 5 vobiscum omnia *G* | aeque *W'*] aequaliter *G'* equo|rea *C* || 7 patientie *C* || 8 gaudent *G'* | graviora *U* | contegisse *W* | quam *C* || 10 cociens *C* || 11 turba *CAR'* || 12 turbatione *AR* | confundatur *WC* confundantur *UG'AR'* | recta *WCR'* iecta *U* repta *A* rupta *G'* || 14 isse] ipse *C* isse (esse *G*) quod est *G'* || 15 <paventes> vel calentes *R* || 16 quem *C* | per quam *om.* *W* | ipse non erat *G'* || 17 crediturus *C* redditurus *U* || 19 facta *C* | timetis *C* || 20 subaudi est] s. est *R'* *om.* *WC* || 21 Ad *P* Ut *C* | PARS] unica pars *W'* ea pars *C* || 23 boreae . . . dextrum] boreae sinistrum nothumque dextrum (sinistrum *P*) *G'* borea sinistrum. nothus dextrum (sinistrum *U*) *W'* || 24 boreae latus *G'* boreae velatus *W'* borea velatus *C* || 23 Africa . . . *p. 363 l. 1* noti] Inde · europa fugit lybien · Africa vero . . . nothi *quasi novum schol. post* Scythicus Tanais (*l. 19*) *exh.* *G'*

sinistrum noti, cum partitio sit aequa ventorum, si duas partes orbis accipimus, erit Africa potius in Europa.

413. NEQUE ENIM PLUS LITORA N. id est cum longior sit pars a Tanai ad Gades quam a Nilo ad Gades, non est Africa pars orbis, sed potius Europae. W'Ca

414. PRIMIS A GADIBUS ABSUNT ordo: neque enim plus litora Nili absunt a primis Gadibus quam Scythicus Tanais. W'CG'

415. UNDE EUROPA F. id est a Gadibus. W'CE

416. FECERE LOCUM qua intrat ad Gades. W'C

417. ORBIS ABIT A id est maior pars orbis se in Asiam separavit W'CG'

COMMUNITER ISTAE id est Africa et Europa.

418. ILLA SINISTRUM id est Asia.

419. IN ORTUS in orientem. WCA

421. IN OCCASUS in occidentem. W'CG'

423. ET NOSTRIS R. S. R. S. id est cum apud Italiam serenitas iugis est, illuc imbres aguntur; ex Italia enim sublatae vento nubes deferuntur ad Africam.

424. IN NULLAS V. O. id est non habet metalla, quibus terra corrumpitur.

425. CRIMINE DIVES 'crimine' causa, ut Vergilius 'et crimine ab uno disce omnis' et 'crimine caedis' et alibi 'crimen, Amor, vestrum'. W'C

426. ET PENITUS T. E. id est vere terra est; nam non habet aes nec aurum. W'CG'

9.

1 sinistrumque *G'AR'* | noti cum] nocticum *W* | sit *CUG'* fit *W* ‖ 4 ad Gades *om. U* ‖ 6 plus *om. G'* ‖ 7 primis] scig his *C om. W'* | Scythicus *om. C* ‖ 9 unde *in marg. W* ‖ 11 pars maior *G'* ‖ 14 Ministrum *C* ‖ 18 iugis *W'C*] aeris *G'AR'* | illuc *AR'*] illic *W'C* ibi *G'* | imbres *U*] iners *W* | imbre tanguntur *CG'* ‖ 19 sublata evento *W* sublato evento *C* vento sublatae *G* | ad] in *G'AR' om. C* ‖ 20 habet enim *G'* ‖ 21 quorrumpitur *C* corrumpatur *G'* ‖ 22 Vergilius] *Aen. II 65* ‖ 23 et] *ibid. VII 577* | alibi] *ibid. X 188* ‖ 24 auer *C* (mor *suprascr.*) ‖ 25 terra est] terre *C* | nam *om. G'* ‖ 26 nec *W'*] neque *G'ADV* non *C*

427. ROBORA D. arbores dicit citri.

429. IN NEMUS I. N. V. S. id est luxuria Romanorum prima fecit hinc cibos. Alii sic accipiunt dictum: etiam ad illam regionem nos misimus magistratus.

432. SUB NIMIO P. D. id est sub sole torrenti.

WCG' VICINA P. ipsa ora.

W'CG' 434. ET NULLA PUTRIS R. T. ipsa ora non est putris et ideo sementa non alligat.

W'C TENETUR legitur et tuetur.

W'CG' 435. NULLA SUB I. C. I. T. E. ordo est: et sub illa terra nulla est Iovis cura.

437. IMMOTIS inaratis.

W'CG 440. NUDUS R. T. ipse Nasamon, quem pro gente posuit.

W'CG' QUEM⟨M.⟩BARBARA DAMNIS 'damnum mundi' Syrtem ideo dixit, quia accedendo iam per multas vadit regiones et orbis est damnum, sive ipsa Syrtis ideo damnum mundi est, quod nullus in orbe aestus † ibat aut terrae aut pelagi mancipata. Potest 'mundi damnis' naufragiis accipi; commune enim mundi damnum est, cum extinguuntur animantes.

443. NOVIT OPES non enim navigant, ut mercentur, sed colligunt, quae alii perferebant.

COMMERCIA MUNDO omnia enim illic inveniuntur, quae de diversis solent gentibus comparari.

447. LITORE SICCO id est maiorem ventum e litore Syrtis accipit quam de mari.

---

1 dicit citri *om.* *G'* ‖ 3 hic *U* ‖ 5 sub *om.* *U* ‖ 7 patris *C* | R. . . . et *om.* *C* ‖ 8 alit *G'* ‖ 9 tenͭ *et* veretur *C* | tenͭ *leg.* tentur (tenetur); *nam C saepius* ͭ *pro* tur *exh. ut* cogaͭ (*592*), ditiͭ (*548* = dicitur), iaculaͭ (*809*) ‖ 10 est *om.* *G* ‖ 11 est *post* cura *pon.* *G'* ‖ 13 nasamon quem *G*] nasomonum *C* nasamomum *U* nasoniunum *pr W* nasonionum *W* ‖ 15 damnum *G'*] dam nunt *C* nam *W'* | ideo syrtem *G'* ‖ 16 iam *om.* *G'* | invadit *C* ‖ 17 est *om.* *U* | mundi est] dicit *G'* ‖ 18 ibat] ita *G'* ‖ 23 proferant *G'* ‖ 24 enim *om.* *G'* ‖ 25 partibus *G'AR'* ‖ 26 e litore] de terra *G'Aa*

449. ILLE NOCENS id est auster.

451. DISSIPAT id est non dissipat; est enim ubique planities.

453. LASSATUR id est nec lassatur, quippe non habet obvium nemus.

454. HARENIS haben⟨i⟩s; 'harenis' id est totos flatus, quos habet, effundit.

457. RESOLUTO VERTICE P. dicit globum, qui erigitur vento iugiter flante, non cadere.

460. DETECTO GARAMANTE C. id est nudato.

ALTIUS IGNIS quam ventus hic tulit. W'CP

462. ET VIOLARE DIEM id est fuscare. W'CG'

TANTUS tantum. WC

463. TUNC tum. C

467. SI SOLIDA LIBYE si illum intrinsecus contineret inter scopulos et saxa conceptum. W'CG

470. LUCTANDO SUMMA FUGIT spargitur ideo, quoniam subter est tellus; est firma nec titubat, quia superior vento cedens impetum eius fundit.

473. INTENTUSQUE TULIT ab intendendo dixit 'intentum', id est qui in altum ire contenderet.

474. IN EXTREMA FORSAN LONGEQUE R. hoc dicit: quod arma ista, quae ventus abstulerit, in aliam partem delapsa sint orbis et putaverint hi, ad quos venerunt missa esse de caelo, quod prodigium crederetur.

476. GENTES HOMINUM scilicet ad quos eadem arma venerunt.

---

2 id . . . dissipat *om.* *CG'* || 4 LASSATUR (*W*)] lassaт̓ (= lassatur) *C* || 5 obvium *C*] alpium *W'* altum *G'* || 6 habens *exh.* *WC* totus *W* || 7 afundit *C* || 9 vento erigitur. vento *G'Aa* | cadens *Weber* || 10 denudato *G'* || 11 signis *C* | tollit *P* || 13 ⟨tantum⟩ vel tantus *R'* et tantum *A* || 15 si *om.* *C* | continet *G'* || 17 spargitur *om.* *W'C* | quoniam] quaem *C* quē *W'* quia *G'* || 18 subter est tellus] subtus est caelo *G'* | est] ex *ssc.* est *C* et *W'* || 19 cedens *Oud.* cadens *codd.* | fugit *G'* || 20 intēndo *C* intende *G'* || 21 quia *W'* || 22 longiae ho dicit *C* || 23 abstulerat *G'AR'* *pr* *W* || 24 delapsa sint *om.* *W'* | et *om.* *W'* | putaverunt *G'* puraverunt *U* | hii *CP* || 25 credetur *C* crederetur . . . 26 scilicet] crederetur hominibus scilicet *G'* | a quibus *W'C*

478. NUMAE hic enim cerimoniarum omnium habetur inventor.

W'CP LECTA IUVENTUS Salios dicit.

W'CG' 480. ANCILIA NOSTRA quasi non sua arma, sed iam ancilia nostra portarent.

481. SIC ORBEM TORQUENTE NOTO quem admodum tunc ancilia sunt lapsa de caelo.

482. TIMUITQUE RAPI ne raperetur a ventis.

484. SED NISU IACUIT ut conatu addito unus quisque gravior redderetur.

VIX SIC IMMOBILIS qui haec faceret.

492. QUI NULLAS V. D. V. R. illo enim saxa perlata sunt, ut nemo sciret, unde decidissent.

493. IAMQUE ITER O. L. id est semita cuncta contecta est.

496. OSTENDIT L. F. C. O. australem axem circulum dixit, qui est sub nobis, et quoniam depressus est, illuc sub terras non omnia iam ostendit signa his, qui sunt sub eo caelo, id est qui in ima parte sunt axis, omnes stellas videre non possunt.

497. MULTAQUE D. T. M. C. notandum, quod 'margine' dixit genere masculino. Dicit autem marginem extremitatem orbis.

W'CA 498. QUEM TORSERAT A. V. contra solutum tortum posuit; nam stringitur frigore, quod calore dissolvitur.

W'CG' 499. INCENSUSQUE DIES subaudimus aut 'est' aut 'solvitur', quod torserat ventus.

3.

1 hic *CG'*] numa *W'* | quic(a)erimoniarum *W'* ~~qu~~erimoniarum (ce *suprascr.*) *C* || 5 ancilla *C* || 6 urbem *C* | tunc *om.* *U* || 9 adito *C* || 10 redderet *C* || 11 imbolis *C* || 13 nemo *om.* *U* || 14 semita cuncta] omnis semita *UAR'V* || 16 dicit circulum *G'* | nobis *C* novis *W'* | sub nobis] subtus nos *G'AR'V* illic *G'* || 17 iam *om.* *U* || 19 possi *C* || 20 margine *C* marginem *W'G'* || 21 dixit *post* orbis *pon.* *U* | marginem autem *U* || 23 suo lutum *C* solitum *W'* || 25 aut *om.* *U* | sb̄ (*om.* *P*) ut solvat quem torserat ventus *G'*

500. MALIGNA exigua, ut Virgilius 'collesque maligni'.

502. CONFUDIT quippe cum pulvere. W'CA

505. INVIDIOSUS ERAT hoc est: cum Cato parum aquae nescio quid accepisset, grandi tamen invidia laborabat. W'CG'

506. MILES ad illum loquitur, qui aquam obtulit.

510. ⟨SUFFECIT O. U.⟩ nulli defuit. W'C

512. SORTIGER qui sortes gerat, vel corniger, ut est armiger. WCG'

516. DONARIA altaria. W'CG'

519. PAUPER A. D. E. hoc scilicet templo, ubi nulla sunt ornamenta.

NULLIS VIOLATA PER AEVUM quae accedente aetate munerum adiectione polluta sunt.

520. MORUMQUE PRIORUM quod sit veteri frugalitate contentum.

521. ROMANO ⟨T.⟩ D. A. A. quod Romani concupiscentes multa templa violarunt.

524. BERENICIDA civitas [est] Africae iuxta hortos Hesperidum. Est autem ordo: ardentem Berenicida tepida Lepti separat.

525. SOLUS N. A. H. quasi unus habeat locus, quod omnis regio habere deberet.

526. SILVARUM F. C. L. [est] ordo: loco huic causa silvarum fons est.

529. TRUNCUM V. P. A. hoc est: umbra arboris vix stipitem suum vestit, quippe omnis umbra colligitur.

---

1 ut . . . maligni *om.* *UG'V* | Virgilius] *ge. II 179* || 2 confundit *W* || 3 est cum] est et cum *W'* est ad cum concato *C* || 4 invia *G* || 5 optulit *UG* || 6 defuit *om.* *U* || 7 quia *G'* sortes . . . est] ienxtutem *C* | vel . . . est] ut s̄ *G* ut sc̄ *P* || 10 hoc *om.* *G'* | templo *om.* *W'* || 12 accidente *U* || 13 abiectione *G'* || 15 contemptum *CG'* || 16 romana *W* | Romani] romana *W* || 17 violarent *CG* || 18 est *om.* *W'C* | hortum *G'AR'* || 20 leptis *W'C* | separabat *CG'V* || 21 quas *G* onus habebat *C* || 22 omnis] tota *G'AR'* | 23 est *om.* *G'* ordo est *UR* || 24 frons *G*

WCG′ 531. DEPRENSUM EST H. E. P. 'polum' zonam κεκαυμένην, quae est inhabitabilis propter nimios solis ardores. Illo enim usque sol perveniens rursus redit.

W′CG′ 533. NON OBLIQUA M. id est signa; sic Vergilius 'obliquus qua se signorum verteret ordo'.

WCG′ NEC TAURO S. E. hic enim apud nos rectius exit Scorpios quam Taurus. Scorpios enim rectis cornibus nascitur, Taurus vero ad ima depressis. Hoc autem illic pro zonae qualitate mutatur.

534. DONAT SUA T. L. quae tempora faciunt, ut et in Libra sit aequinoctium, quem admodum est in Ariete; hic enim, apud nos, aequinoctia in istis duobus signis sunt, illic vero perpetuo.

WCG′ 535. AUT ASTREA IUBET L. D. P. Astraea virgo, Astraei et Aurorae filia. Sunt autem hae virgines duae, quae apud nos cum oriuntur, occidunt Pisces; hoc in illa regione non fit.

W′CG′ 536. PAR GEMINIS nam cum simul apparere non debeant, sed alterni, in illa regione pariter oriuntur.

WCPE CHIRON id est Sagittarius.

WCG′ CARCINUS A. id est cancer. Mirantur uno tempore duo signa apparere diversa, Cancrum, qui est siccus, et Capricornum, qui est humidus.

---

1 P. polum *C*] l. polo *W* | zonam *WG′*] quia omnia *C et l. 10* | κεκαυμένην] κ · e · κ · a *Y* · nenun *W* κεκα ſ nenum *C om. G′* ‖ 2 qua *WC* | illos *C* ‖ 4 sic] ut *UR′ om. A* | sic . . . 5 ordo *om. G′* ‖ 4 Vergilius] *ge. I 239* ‖ 5 obliquos *UDpr* | ordo axis *WC* ‖ 6 rectior *W* | exit *G′*] est *WC* ‖ 7 Scorpius *G′* ‖ 8 depressus *W* ‖ 9 illic *post* qualitate *pon. P* ‖ 10 ut . . . 13 perpetuo *om. G′* ‖ 10 et *AR′*] er *C om. W′* ‖ 11 sunt *C* | sol(i)stitium *CWA* aequinoctium *R′* | quem . . . 12 aequinoctia (solstitia *A*) *exh. AR′ om. WC* ‖ 12 aequinoctia] solstitia *in WC coniec. puto* | istis] his *AR′* ‖ 13 vero] uno tantum *R′* ‖ 15 filia *G′AR′*] filia e *C* filię *W* ‖ 16 cum *post* quae *pon. G′* ‖ 19 alterni] alτ *G′* | in illa *om. W′* ‖ 21 caranus *C* | id est cancer *om. WC* | uno tempore] una *G′* ‖ 22 siccus] sucus *C* ‖ 23 umidus *C*·

537. Leo tollitur U. apud nos leo altioribus circulis fertur quam Aquarius, quod negat in illa regione contingere. W'CG'

538. At tibi quaecumque e. L. summa descriptionis huc spectat, ut omnia signa, quae videmus, dicat hic propter extremitatem loci aliter apparere. WCG'

539. In not[h]on id est in austrum. WCG

540. Te segnis legitur et signis, id est cum signis. WCG'

Te segnis C. s. hoc est: tu septentrionem nasci putas cum signis reliquis, quem constat numquam occidere.

Sicca quam semper siccam esse manifestum est. W'CG'

542. Sidus h. i. m. omnes, inquit, stellae apud te occidunt, quia nullum habes sidus in medio.

Procul axis uterque tam longe a te abest septentrio quantum et auster.

543. Rapit omnia c. id est signa. WCG'

544. Ante fores templi Hammonis Iovis.

Miserat eos 'haec eos' Graeca declinatio. WCAR'

546. Sed Latio c. d. Catoni omnes ad oracula petenda cesserunt. WCG'

548. De fama t l. i. probet an verum sit, quod olim dicitur hic Iovem dare certa responsa.

549. Scrutandi voce d. e. huius eventus scrutandi. WCGA

550. Fors legitur et sors. WC

552. Tanto duce scilicet Iove. WCG'E

554. Nam cui ordo: nam cui magis. W'CG'

556. Secreta separata.

557. Sequerisque deum id est quae sunt divina, philosophiae arte persequeris.

21—22. 26.

1 nos] eos *U* || 2 quod negat] agat *C* || 4 discriptionis *WCP* || 5 haec *G'AR'* | illic *G'AR'* || 8 Te signis *C* || 10 canstat *C* || 11 Sicqua semper *C* || 13 habet *WC* | sidus *om. U* | in meo *G* ineo *P* || 14 abesse septentrione quam *U* | abest ate *G'* || 15 quam tu *P* | ausus *C* || 17 templa amonionis *P* | ammonii *C* hammonii *G* || 18 haec eos *om. AR'* || 21 vero *W* || 22 diti÷ *C* | hoc *G'* || 23 huius] ordo (est *add. A*) huius *GAR'* || 27 speraverim *G'* || 28 divina que sunt *U* || 29 prosequeris *U* sequer'i *P*

558. INQUIRE IN FATA N. C. quaere, inquit, quid contingat Caesari, quid sit passura res publica.

WCG' 560. LEGUMQUE id est iure.

W'CG' 561. AN BELLUM CIVILE P. id est an sine causa gestum est, si post illud libertatem non sumus recepturi.

562. DURAE SALTEM VIRTUTIS A. ordo est: saltem quaere, quid est virtus, durae virtutis amator.

WCG' 563. POSCE EXEMPLAR HONESTI hic 'exemplar' posuit, Lucretius 'exemplare'. Nos in usu exemplum dicimus, adeo omnia sunt Latina. Posce ergo exemplum, quod et nos debeamus imitari.

564. ILLE Cato scilicet.

565. DIGNAS ADYTIS id est sacratas.

W'CG' 567. POTIUS QUAM REGNA VIDERE tamquam haec sola Catonis poena sit, si alios videat servientes; nam ipse non potest subiugari.

568. AN SIT VITA N. S. L. A. D. A. an aliquid intersit parum vixisse vel plurimum.

WCG' 569. FORTUNAQUE PERDAT an occurrente virtute fortuna adversa vincatur.

570. OPPOSITA sibi scilicet.

W'CG' 571. NUMQUAM SUCCESSU C. H. an numquam crescat successu, quod est honestum. Honestum enim per se magnum est nec augeri umquam potest, si id prospera subsequantur.

572. NON ALTIUS scilicet quam nunc habemus.

WCG' 573. HAEREMUS C. S. id est diis sumus curae.

---

1 IN FATA N·C.] his a tanc *C* | quaerere *om.* inquit *G'* | quod *G* || 2 sit passa *U* | passi (a *supra*) *W* passu *C* | passura sit *G'R'V* *om.* *A* || 5 non *om* *U* | simus *P* || 6 quaere] vere *U* || 11 et *om.* *P* || 13 dignitas *C* | sacrandas *WC* || 15 sit *om.* *C* | videbat *C* || 18 vel] et *G* || 19 occurre *G* occurrunt *P* occurrantur *C* || 22 an numquam *om.* *G'* || 23 successu *om.* *G'* | honestum est *G'* | enim] *non liquet* *C* || 24 id] eum *W'* eam *C* || 25 sequantur *G'A* || 26 Nam altius non altius *C* || 27 di *C*

574. NEC VOCIBUS ULLIS N. E. id est nec iam necessarium est, ut loquatur numen. quia, quae licet scire, nascentibus tradiderunt numina.

575. AUCTOR scilicet deus, quo auctore nos nascimur. W'CG'

576. QUICQUID SCIRE L. quae sunt illa, quae licet scire? moriendum potius quam serviendum, nihil esse, quod vivimus, nihil posse honestum, prosperis non augeri, fortunam virtuti nocere non posse, sufficere laudanda voluisse, etsi non fueris consecutus. WCG'

STERILES NEC LEGIT H. dicit iam deum in his locis esse non posse.

578. NISI TERRA id est omnis terra manet; haec terra est [et] virtus. hanc virtutem ultimam posuit deum sedem, ut persuadeat hanc esse sequendam. WCA

579. SUPEROS Q. Q. U. id est alibi. WCG'

581. EGEANT DUBII S. id est illi vatum responsa desiderent, qui, quid futurum sit, semper incerti sunt.

583. CERTA FACIT id est non promissa, sed data facit, id est certum.

PAVIDO FORTIQUE 'forti' propter gloriam, 'pavido' propter infamiam. W CG'

585. SERVATAQUE FIDE TEMPLI[S] non ut exploraret, an vera praediceret, quod populi fieri loquebantur. Ergo servavit hanc fidem.

588. MILITIS ORA PEDES id est ante hos vadit. WCG'

5—9.

1 illis *C* 2 lucet *C* 3 numina *om. W'C* 4 autor *C* | deus quo] deco *C* | non *G'* || 5 licent *C* || 6 moriendum] nom·dū *C* || 7 posse *CG'*] esse *W* onestō *C* augere *WC* || 8 fortuna *WC* | noceri ne non *C* || 9 fuerit *W* || 10 sterelis *C* | deum iam *G'R'* domimum iam *A* || 13 et *om. CA* || 14 esse sequendam] esse (exce- *A*) quendam (quandam *W*) *WCA* || 16 illa *W* | desiderant *C* || 17 qui quid *G*] quid quid *W* quicquid *C* quicq *P* || 18 sed . . . 19 certum *om. G'* || 20 pavidos *C* | 'forti' . . 'pavido' *om. G'* || 21 infamias *G'* || 22 fida *W* | ut *om. W'C* || 23 diceret *U* | populi quod *C* || 24 fidem militum *G'* || 25 MILITIS *Lucan.*] milites *WC om. G'*

WCA 588. MONSTRAT [monstrat] dum ipse perfert.

WC 589. NON IUBET qui ipse non patitur.

WCG' CERVICE SUPINUS 'cervice' deest equi.

WC SUPINUS id est cervice.

WCG' 590. CARPENTOQUE SEDENS id est nec in equo vehitur nec in carpento.

SOMNI PARCISSIMUS I. E. id est ipse minus omnibus dormit.

591. ⟨ULTIMUS HAUSTOR A.⟩ ipse ultimus bibit.

WCAR' 592. COGATUR LATICIS victa iam siti.

WCG' 593. STAT DUM LIXA BIBAT id est Cato.

W'CG' 594. REMOTO ut fortunam nemo respiciat.

596. MAIORUM FORTUNA FUIT omnes, inquit, maiores, qui sunt gloriosi, non virtute ad hoc pervenere, sed fato, si vere velimus inspicere bonum quid sit aut virtus.

WC 597. POPULORUM quos ipse fudisset.

W'CV 598. HUNC EGO PER SYRTIS quem nunc Cato ducit laude patientiae atque virtute triumphum. Acute dictum 'per Syrtes'; sic mavult triumphare ut Cato quam per Romam, ut ante Pompeius, transire, ne loci celebritate moveatur.

W'C 602. IURARE PUDEBIT vult hunc divum fieri, ut per Catonem iuraretur a populo.

WCG' 603. SI STETERIS UMQUAM nunc olim aut nunc postmodum.

605. NULLAM SUPERI id est plagam.

W'CG' 606. A MEDIO FECERE DIE a meridiana scilicet plaga.

---

1 monstrat *om.* *A* ‖ 2 NON *Lucan.*] nan *C* nam *W* *om.* *G'* ‖ 5 ne *C* | veitur *C* ‖ 7 omnium *WC* ‖ 9 ipse *om.* *G'* ‖ 13 omnis *U* ‖ 14 venere ad hoc *U* | pervenire *CPprW* | facto *UG'* ‖ 15 sive revele= *U* | virtus populorum *G'* ‖ 17 hanc ergo *C* | dicit *C* ‖ 18 laudo *W'C* | pacientia adquae *C* | acuta ethatum ‖ 19 sic matrium uultfare ut *C* | ut Cato *om.* *UV* ‖ 20 transire *V* *om.* *WC* | nec loci *C* veloci *U* ‖ 21 moveat *C* ‖ 23 iurare *C* miraretur *U* ‖ 24 siisteris *C* | *supra* cervice *gl.* in uno collium *exh.* *G'* ‖ 27 facere *W*

608. Largus aquae illius rei largus, ut Vergilius 'largus opum'. WC

609. Vix capiente loco ut tanta esset multitudo serpentum, quam capere fontis spatia non valerent. W'CG'

610. Dipsades undis nomen a siti. WCG'

611. Perituros fonte relicto siti scilicet perituros, si bibere noluissent. W'CG'

614. Admixto sanguine cum sanguine hominum morsu venena miscuerint [serpentes, tunc nocent]. WCG'

616. Dubiumque venenum quod esset incertum, an veneni potentiam obtineret hoc poculum.

618. De quo primus sibi supra enim ultimus bibit, ut ait ipse ⟨593⟩ 'stat dum lixa bibat'. Hic autem ideo primus hausit, ut timentibus formimidinem periculi derogaret praelato suae virtutis exemplo. W'CG'

619. Exudet pestibus aer ut Vergilius 'exudat inutilis umor'. WC

624. Libyes τῆς Λιβύης.

625. Demisso sole id est in se merso. W'CG'

626. Phorcynidos ipsa est Gorgona, Phorci filia.

627. Protecta coma ipsa arva.

628. Dominae vultu c. a. s. saxa enim fecerat Medusa, quicquid aspexit.

632. Femineae cui m. c. 'huius comae femineae' genetivus est casus.

24—25.

1 rei] regi *C* | Vergilius] *Aen. XI 338* || 3 cupiente *C* multitudo esset *G* | 4 serpentium *G'* | quas *G'* | spatiae *U* | nu ale ret *C* || 5 idipsa des *C* || 6 perituro *C* || 7 voluissent *W* || 8 cum sanguini *C* | cum sanguine (*om. P*). Quando hominum *G'* | morsum *C* || 9 serpentes miscuerunt *P* | serpentes tunc nocent *om. W'C* | 12 sibi] bibit *G'* | supra . . . bibit *om. P* || 13 ut . . . bibat *om. U* | iste *G'* || 14 fortitudinem *U* || 15 denegaret *U* || 16 exundet *et* exundat *C* | Vergilius] *ge. I 88* || 18 ·τ·N·G·X·B·YNC· *W* τ·NCλBẎNC *C* || 19 Demiso *C* Dimisso *W* | id] merso id *G'* | 20 *nil nisi* filiae phorci *exh. U* || 21 ipsa *WC*] s. audis *U om. G'* | 22 fecerant *U* 23 aspexerat *U* || 24 huius . . . femineae *om. G'* : 25 genitivus *CG'* genitus *U*

632. Soluti id est angues.

636. Hoc habet infelix 'hoc' id est venenum, quod in crinibus habet; nam angues in dorsa labuntur, quae inpune conspecta sunt, quia, qui nocet vultus, aversus est.

638. Quis timuit acute dictum [est] neminem timuisse. Ante⟨quam⟩ enim inceperat timere, quod viderat, in lapidem mutabatur.

Quem ordo: quem passa Medusa mori est?

[Et] lumine vidit ipsam Medusam quis vidit in faciem?

640. Retenta in lapidem enim mutata intra se animam perdiderunt.

641. Umbrae indifferenter umbras pro spiritu animae collocavit.

642. Eumenidum comparatio.

Solos movere furores nam non extinguunt, sed terrorem iniciunt.

W'C 643. Orpheo[s] lenivit sed Orpheo cantu sibila lenivit.

W'CG' 644. Amphitrioniades Hercules.

645. Genitor id est Iuppiter.

W'CA Numenque secundum id est Neptunus, qui secundus in regno est.

W'CG' 646. Phorcys aquis Cetoque p. Phorcys deus maris, qui aquarum parens est omnium.

WCG' Cetoque p. i. q. s. [monita crimen est] 'hunc ergo timuisse' subaudimus.

WC Sorores ut ait Vergilius 'Gorgones Arpyaeque'.

---

1 soluto *C* | sanguis *C* || 2 'hoc' *exh. WC* | quoicrinibus habent *C* || 3 dorso *U* || 4 nocet *G'R'*] nocte *W'C* | adversus *C* | est *om. W'C* || 6 antequam *Oud.* | coeperat *UG'AR'* | timuisse *U* | quod *W'*] quot *C* quia subito ut *G'AR'* ; videbat *G'AR'* || 8 passa est *G'* | mori qui lumine se vidit · i. ipsam medusam · *G'* || 9 quis . . . faciem *om. G'* | vidit] dixit *C* || 10 enim *om. C* | mutabat *C* mutat *W'G* || 12 indiferentur *C* || 15 solus *C* | extingat *C* || 16 initium *C* inmittunt *U* || 17 orpheos cantus *WC* || 20 lumen *C* || 21 in *om. C* || 22 Phorcys . . . deus] Deus *U* || 23 est parens *U* || 24 monita crimen *WC*] Eumenidum crines *leg. et ex lemm. v. 642 repetitum esse iudicat Keller* || 26 Vergilius] *Aen. VI 289*

646. Ergo non una Gorgona, sed talis una. W'C

647. Hoc POTUIT id est monstrum. W'CG'

648. SOLITUM TORPOREM id est quem habuerant, antequam chaos fuit et omnia pigra iacuerunt.

649. SUBITO CUM PONDERE quippe in saxa mutatae.

650. HAESERE FERAE hoc est: ubi steterant, ibi fixae sunt.

654. ILLA Gorgona. WCG'

TITANA COLUMNIS de quo nunc columnae fiunt, sive 'columnas Hesperias' pro regione posuit, ut Virgilius 'Atrides Prot⟨e⟩i Menelaus adusque columnas exulat'. W'CG'

655. ATLANTA DEDIT ordo: Titana Atlanta. Unus enim ex Titanis fuit, quem Gorgona vertit in montem. WCG'

658. PECTORE GORGON hanc enim Minerva gestat in pectore. W'CG

659. DIVITE NIMBO imbre aureo.

660. P[H]ARASIAE VEXERUNT 'Parrhasiae pennae' a Parrhasia civitate, ubi natus Mercurius colitur; quibus pennis utitur et Perseus.

661. ARC[H]ADOS exponit, cuius pennae, id est Mercurii.

662. PRAEPES CYLLENIDA SUSTULIT velox, ut Vergilius 'praepetibus pennis ausus se credere caelo'. Subitus ergo Perseus; nam volabat ante Mercurius.

HARPEN CYLLENIDA id est Mercurii gladium, qui Graece sic appellatur.

3 SOLITUM (*WC*)] Insolitum *G om. UP* habuerunt *G'* | 4 chos *C* | prigra *WC* | iacuerant *U* || 5 Lapsae *lemma in G* || 6 ubi] ibi *G'* | ibi] ubi *CG'* || 8 illae gorgonae *G'* || 9 columba di *C* | 10 ut . . . 11 exulat *om. G'* || 10 Virgilius] *Aen. XI 262. 263* || 11 Atrides *om. U* proti *WC om. U* | exulant *C* || 12 adilata tradidit *C* | ordo] ergo *W* | ordo . . . Atlanta *om. G'* || 13 gorgone *W* | in montem *om. P* || 14 haec *C* || 16 divit enī hompre aureo *C* | aureo imbre *U* || 17 arasiae vex. *C* | 18 quibus *W'*] quis *C* qui his *G'* | et] quibus et *CG'* || 20 arga · dos *C* | 21 p̄caeps cyllemdia subtulit *C* | *nil nisi* velox *exh. G'* | ut *om. C* | Vergilius] *Aen. VI 15* || 21—22 caelo *om. U* || 22 p̄cibus *C* || 23 volabat *Weber*] solebat *codd.* || 24 gladium mercurii *G'* | sic grace *UG'AR'* || 24 apellatus *C*

663. MONSTRI IAM CAEDE R. Argum enim occiderat Mercurius, qui centum oculos habens Io virginem custodiebat, ut ait Virgilius 'et custos virginis Argus'.

665. INNUBA FRATRI 'innuba' id est virgo.

FRATRI VOLUCRI Perseo, quia et ipsa filia Iovis est, ut ille de Iove est.

WCG 668. VOLATU meatu.

W'CA 670. SPECTARE id est Perseum spectare praecepit in clipeo.

WCG' 674. PARS IACET IN MEDIOS id est comarum.

W'CG' OCULIQUE TENEBRAS hoc est: in oculi tenebras iacet pars comarum.

680. MORTIS quantum mortis; hoc iam amplius est quam venenum.

681. SPECTARE P. horrore, non metu.

GELASSENT hoc est: in lapidem se durassent.

682. PERSEOS AVERSI hic iam maior vis est, si et ille mutari poterat in saxum, qui stabat aversus. 'Aversi' ergo 'etiam aversi' accipimus.

683. ORA COLUBRIS ipsius Medusae.

685. PENSABAT ITER metiebatur, inquit, iter suum et si per mediam ire voluisset Europam, non longius circuisset, sed hoc Minerva non sivit.

688. ET PARCI POPULIS ne omnes verterentur in saxa.

689. RESPICERET non dixit 'Gorgonam', sed 'aethera', ut nescientes, quid vitare deberent, omnes conspicerent et perirent.

20.

---

2 qui . . . 3 Argus *om.* *G'* | 2 · c · *U* tentum *C* || 3 ut . . . Argus *om.* *U* | Virgilius] *Aen.* *VII 791* || 5 et *om.* *U* || 7 Uolatum *C* || 8 expectare *lemma in C* | perseus *A* || 10 IACET (*C*)] · m c · & *W* || 11 id est in tenebras oculi *U* || 13 mortis *W'*] morbi *C* mortui *G'* | hoc *om.* *C* || 14 quam *om.* *C* || 15 P. (*W*)] putet *C* || 16 legassent *C* | vertissent *P* || 17 hoc *G'* || 18 illi *C* illum *G'* | adversus *G'* | Aversi . . . 19 accipimus *om.* *UG'* || 20 medusae ipsius *U* || 21 inquid *U* || 22 voluisset ire *U* || 26 vetare *G* | homines *W'*

689. ZEPHYRO id est in zephyrum.

691. PREMIT 'premit' quia vicina est. WOAR'

ORBITA SOLIS currus. W'CAR'

692. ULLA in illa regione dumtaxat.

693. NOX CADIT IN CAELUM hoc dicit: ita illic devexum vertitur caelum, ut umbrae de montibus missae in caelum, quod veluti super est, venire videantur. W'CG'

MEATIBUS OBSTAT quippe vicina caelo terra integros cursus lunae ire non patitur, sive ipsa nox obstat; nam cum non de caelo, sed in caelum cadat, necesse est, ut lumen lunae penitus obscuret. W'CAR

694. SIC FLEXUS id est umbra, quae per momenta torquetur. W'CA

701. SOMNIFERAM sic enim occidit, ut in somnos ante compellat, quemque percusserit. W'CG'

703. COACTUM id est venenum.

705. SPONTE SUA bene additum 'sponte sua'. Capi enim potest et quocumque transduci.

NILOQUE TENUS METITUR id est ultra non vadit. W'C

707. HUC LYBICAE MORTES 'inde' de Libya, 'huc' in Italiam. W'CG'

701. ASPIDA τὴν ἀσπίδα. WC

708. NON STARE SUUM 'suum' ipsorum hominum, non serpentes accipimus. Dicta autem hemorrois, quod sanguinis profluvio, quos percussit, occidat. W'CG'

---

1 zephirum premit. *G'* || 4 Ullam illa *C* | 5 hoc dicit] occidit *C* | ita *om. U* || 6 in caelum *UG* || 7 quod veluti super est *om. G'* || 8 caelo] cardini *AR'* || 9 lunae] vel une *C* || 10 cadit *ssc* a *pallidiore atramento W* || 12 sicstexus *C* | est] est ut *C* | umbram qui *A* || 15 quemcumque *G'* || 17 additum . . . sua *om. G'* || 18 traduci *G'* || 19 id est] id est q. *A* quia *R'* || 20 Uolibramortis *lemma in C* | de libra *C* || 22 THN,ACΠIΔA *W* THNACTIIΔA *C* || 23 monstare *ssc* r *W* Utnamsteres suum *lemma in C* || 25 profluvio] profluxio *U om. G*

710. Ambiguae coleret 'ambiguae' neque enim est terra neque mare. Hic ergo habitat hic serpens, unde et hoc nomen accepit; nam *χέρσον* Graeci terram dicunt, *ὕδωρ* aquam. Quod ergo in commixtis hic sit elementis, chersydros nominatur.

711. Fumante chelidri nam quacumque labatur, vi veneni dicitur terra fumare.

712. Recto lapsurus de contrario cerastes semper est flexus, cenchris semper est rectus.

Cenchris cenchron Graece milium dicitur, unde hic ex notarum multitudine nomen accepit.

714. Maculis Thebanus ophites Thebae caput Aegypti; illic marmor maculosum <est>, quod ophites vocatur; huic similem dicit esse serpentem.

715. Indiscretus harenis ut non intellegas, utrum serpentem videas an harenam.

716. Spinaque vagi dicunt Helenam, cum raperetur a Paride, hunc calcasse et ei spinam fregisse, unde in flexum dicitur ambulare.

W'CP 717. Pruinis nam ponunt ceterae per aestatem.

WCPA 718. Dipsas a siti nomen inpositum.

W'CG' 719 Caput amphisbena quia ex utraque parte ambulat (nam in utraque parte caput habet et quavis dirigit gressum), amphisbaena dicitur; *βαίνειν* enim Graece ambulare dicitur.

1. 3. 17—18 (fregisse).

1 colere *W* ‖ 2 Hic] Chersidros. hic ergo *G'* ‖ 3 xepccon *C* xere con *W* xepecon *U* cherson *G'* ‖ 4 ẏΔωp *G'* ẏδωp *WC* ιΔop *U* | ergo *om. U* | his *C* ‖ 5 chersidros *G'* chersidor *W'* cersidor *C* ‖ 6 labantur *C* labitur *U* | vi *om. U* ‖ 7 fumigare *G'* ‖ 8 e *G'* ‖ 9 semper est rectus *om. G'* | est *om. C* ‖ 10 cenchron] Dienciron *G'* *leg. κέγχρος* | milium *C*] nilium *W'* multum *G'AD* ‖ 12 tenebanus *C* | t(h)eba *W'C* | capud *C* | aegyptos *WC* egyptiis *U* ‖ 13 maior *G'* | opinites *C* ‖ 14 dicit esse] rem *C* ‖ 15 Discretus *C* ‖ 18 eius *G'* ‖ 19 inflexus serpit *PAR'* | *post* inflexus *absciss. G* ‖ 22 ex *G'*] ea *W* eam *C* *om. U* | ambulabat *G'* ‖ 23 parte *om. W'C* | capud abet *C* | quavis] quiauos *C* | et . . . 24 dicitur] Currit autem ex utroque capite · tractu corporis circulato · *G'* | *βαίνειν*] Bene in *W* benein *CG'* bena *U* ‖ 25 dicitur ambulare *U*

720. Et natrix violator aquae nam ceteri non violant, ut ait supra ⟨614⟩ 'noxia serpentum est admixto sanguine pestis'. Hic et aquam, quam contigerit, inficit de venenis.

721. Iter cauda ⟨s.⟩ nam ceteri ventre consuerunt.

722. Spumantia fumantia. WCG'

723. Tabificus seps 'seps' Graecum nomen ab eo, W'CG' quod putria membra consumat, ἀπὸ τοῦ σήπεσθαι.

724. Sibilaque effundens id est basiliscus.

726. Vulgus id est serpentum.

727. Innoxia numina terris nam quasi numina sic habentur dracones.

729. Pestiferos ardens id est qui ubique estis innoxii, hic nocetis.

732. Nec tutus spatio id est magnitudine sua.

Elephans in India dracones nascuntur ingentes, qui amplexi elephantos post aurem eos mordere dicuntur. Illi se dolore in humum proiciunt; [et] sic ambo pereunt, draco pondere, elephans, dum instringitur et tenetur.

740. Frons caret invidia parvum enim vulnus et exiguum non videbatur mortem esse facturum, nec habebat facies mortis invidiam, id est vulnus.

741. Carpit serpit.

743. Ebibit umorem ideo et dipsas dicitur.

---

2 volant *U* | ut . . . 3 pestis *om. U* ‖ 2 ut . . . serpentum *om. G'* | est] ex *P* ‖ 3 quam *om. C* | tetigerit *UG'* ‖ 4 de *om. G'* ‖ 5 ventre] iter facere ventre *U* ‖ 6 fumantia] id est fumantia *G'* spumantia *C* | ⟨fumantia⟩ vel spu⟨mantia⟩ *U* ‖ 7 cadi ficus *C* | grecum *G'* graece cum *W* grece cum *C* grece enim *U* | ab eo] habeo *C* ‖ 8 putrida *U* patria *PR* | consumant *U* | αποτỷ · c · н · c · н · τcθαι *W* αποτỷΝCΝΙΤCΕΑΙ *C om. UG'* ‖ 10 serpentium *G'* ‖ 11 lumina sit *C* ‖ 13 vel pestiferos · i. quicumque estis ubique *U* | i. (*om. P*) vos qui ubique estis *G'* ‖ 15 totus *C* | sua *om. G'* | 16 elephas *WG'* epephas *pr W* | invidia *C* ‖ 17 elephantes *U* ‖ 18 et *om. W'C* ‖ 19 stringitur *UAD* | tenetur et stringitur *G'* ‖ 20 et *om. G'* ‖ 21 non] enim non *G'* | est *C* | 22 invidiam *om. G'* | id est vulnus *gl. in G'* ‖ 24 dipsa *G'*

WCG' 752. BIBENS videns.

W'CG' 753. ACCESSIT MORTI LYBI[A]E terra Africae. Causam addidit morti. Nam cum siti ille moriatur, credit eum siti perire, quia Libya non habet fontes.

754. [FAMAM DIPSAS HABET] FATISQUE MINOREM FAMAM DIPSAS HABET, ut diceretur occidere sola non posse, nisi virus eius terrae ariditas adiuvaret, unde ⟨757⟩ '⟨Aequoreusque placet, sed non et sufficit⟩ umor'.

760. SUSTINUIT VENAS passus est.

762. HOC POSSE SITIM id est neminem Cato scrutari passus est, utrum Aulus siti moreretur an veneno. Possumus tamen 'hoc posse sitim' ipsum serpentem accipere, ut Graece *διψάς* Latine sitis appelletur.

ILLO id est Aulo.

766. PARVA MODO SERPENS 'modo' corporis quantitate.

SED QU[I]A NON ULLA CRUENTAE id est serpentum.

W'C 772. LIQUITUR defluit, ut Vergilius 'canis cum montibus humor liquitur'.

W'CG' 773. UTERUM MEMBRANA uterum pro ventre. Nam illud congruit feminis, ut uterus dicatur ipsarum.

774. NEC QUANTUS TOTO DE CORPORE ipse moriens quantus debet esse, cum moritur, tunc non fuit.

779. PROFANA profanam mortem dicit, quod naturae secreta patefecerit.

W'CAR' 780. MANANT defluunt.

---

1 videns accessit morti · *G'* || 2 mortis *W* mors *C* *om.* *U* | terrae *U* | terra Africae *om.* *G'* | Causam] Ebibit. causam *G* || 3 siti] sic *G* | moritura *C* | credit eum] creditum *G'* cretum *C* || 4 sit *G'* | habent *G* || 6 sola occidere *U* | non] m̄ *C* || 7 viros *C* | terra arida *G'* | ariditas] aridas *C* | adiubaret *C* | Aequoreusque . . . 8 sufficit *add. Keller* || 8 amor *C* || 10 scrutari cato *G* || 12 hoc posse *om.* *G'AR'* | ipsa *G* | ipsam *PAR'* || 13 ʌιψac *W* dipsas *U* вiẏac *C* ẏac *G'* || 14 aula *G* || 15 parvo *W* | quantitatem *G* || 16 cruenta *C* | serpentem *WC* serpentes *G'* || 17 ut . . . 18 liquitur *om.* *U* || 17 Vergilius] *ge. I 43. 44* || 19 ventre posuit *U* ventrem *P* | 20 ut . . . ipsarum *om.* *U* | ut *G'*] *om.* *WC* | disarum *W* | 21 tantus *P* ipse *om.* *W'* || 23 profanam *lemma in C*

782. Nec solem cera sequetur id est non ocius cera solvetur calore solis. W'CG'

783. Parva loquor ipse se poeta reprehendit. WCG'

785. Haec id est ossa. W'CG'

786. Vestigia fati ut non apparentibus membris, an perierit aliquis, nesciatur.

787. Cinyphias inter pestes nomen datum de regione serpentibus, ubi plurimi procreantur, ut Vergilius 'Cinyphii tondent hirci'.

788. Cadaver nam et membra consumis. qua Sabellus perit, cum totus effluxit.

790. Marsi id est de regione Marsorum.

793 Miscens legitur et miscent. WC

Miscens cuncta tumor oculi [et] nares et cetera liniamenta sua perdidere per tumorem. W'CG

Toto iam corpore m. ut non sola facies tumescat, sed corpus universum.

795. Late t⟨ollente⟩ legitur et pollente: plurimum praevalente.

797. Nec lorica tenet d. c. a. augmentum dicit crescentibus membris: et loricam esse divisam.

800. Curvavere sinus ut corpus eius intumuit.

Tumidos iam non capit artus id est informis globus. Tam diu vult membra crevisse, donec ad ultimum rumperentur.

---

2 solvitur *GAR'* | calore solis *om.* *W'C* || 3 se *om.* *G'* pecare preetidit *C* || 4 Haec] ec *C* || 5 adparentibus *C* | 8 serpentum *U* ubi . . . 9 hirci *om.* *G* | ut . . . 9 hirci *om.* *P* Vergilius] *ge. III 312* || 10 consumis *CG'*] consumit *W'* qua . . . 11 effluxit *om* *G'* || 13 *in margine leg. in W* miscem *C* || 14 oculos *U* | *pr* et *om.* *W'C* || 15 perdidit *U* perderet *WC* | propter *G'* || 17 universum *om.* *G* || 18 Late . . . plurimum] Lat & pol(l)ente plurimum *WC* Legitur et pollente · i. plurimum *U* plurimum *G'* ⟨pallente⟩ vel tol⟨lente⟩ *P* 20 nec gloria catenet *C* || 22 intimuit *C* || 23 id est] deest *C* | glorib; *C* || 24 Tam diu *C* tumidi *W'* Tantum *G'AR'V* vult] dicit *G'AR'V*

WCG' 801. CONFUSO PONDERE TRUNCUS 'truncus' est sine vultu corpus. Bene ergo, licet integro capite sit, truncus dicitur, quia non apparent signa faciei.

W'CG' 802. INTACTUM V. R. id est cadaver.

W'C EPULASQUE DATURUM H. I. F. quia, si gustassent, paterentur interitum.

W'CG' 804. NONDUM STANTE M. C. F. C. per magnitudinem corporis, per momenta cumulati, cadaver humare non poterant.

807. MIRATORIQUE CATONIS id est qui Catonem miraretur et eum vellet imitari, ut ait Virgilius 'tua cernere facta adsuescat primis et te miretur ab annis'.

808. UTQUE SOLET PARITER T. S. E. S. unde crocum intellegitur exiturum.

809. CORYCII PRESSURA C. Corycus mons Ciliciae, sub quo Gigas premitur; de eius cruore dicitur flumen exire, in quo crocum gignitur. Potest ergo his locis comparatus esse ille sanguis ex omni parte prorumpens. Alii ⟨'pressura'⟩ accipiunt, quam in amphitheatro fieri scimus, cum ex omnibus locis hoc iaculatur unguentum.

811. QUAECUMQUE FORAMINA N. id est quacumque potest humor exire.

813. SUDOR RUBET id est sanguis [est].

814. TOTUM EST PRO V. C. tamquam vulnus unum sit totum corpus, sic undique sanguis effusus est.

24—25 (corpus).

2 sit capite *GADV* ‖ 4 cader *C* cedere *G'* ‖ 7 per *U*] propter *G'* *om.* *WC* ‖ 10 miraturique *C* | miraventur *P* ‖ 11 ut . . . 12 annis *om.* *G'* ‖ 11 ait *om.* *UAR* | Virgilius] *Aen. VIII 516. 517* ‖ 12 sata *C* | anni *W* ‖ 13 utique *W* | t·e·s·*W* t·s·f·s·*C* ‖ 15 corscis presure cursus mons *C* | Corycius *G'* | si:(c) liciae *P* siciliae *U* ‖ 16 flumen *om.* *C* ‖ 17 Potest . . . 20 unguentum *om.* *G'* ‖ 17 comparaτ *U* comparatur *WC* ‖ 18 esset ilii sanguinis *C* ‖ 19 quas *codd.* | fieri scimus *AR'*] phii eris tim *C* | simus *W'* ‖ 20 iaculaτ' *C* iacuatur *W* iaciatur *U* ‖ 21 quacumque *W'C*] per quecumque *P* per quae cibique *G* ‖ 23 est *om.* *UG'* ‖ 24 sit] sic *G* si *C* ‖ 25 sic . . . est *om.* *G'*

815. Laeve nomen est militis.

817. Testatur legitur et testator. W C

818. Et socias somno d. a. ⟨u.⟩ ut Vergilius 'et consanguineus Leti Sopor'. W'C

820. Stipite quae diro v. m. S. in Arabia, ubi tus nascitur, sunt et aliae virgae, quae tureae dicuntur, sed haec venenum gignunt, quod toxicum dicitur. Dicit ergo toxicum non ita cito se miscere poculis, ut hoc venenum omnia membra perrupit. W'CG'E

821. Fatilegi quia fata in illis virgulis legunt. W'CG'

820. Saitae gens in oriente. W'C

823. Immisit serpens, quem iaculum vocat Africa. W'CAR'

826. Deprensum est intellectum. W'CG'

827. Quam segnis Scithiae s. h. a. nam hic serpens violentior est, qui tanta velocitate prosternit, ut ait 'rapuit cum vulnere fatum'; hoc autem funda et sagitta non faciunt.

830. Retecto nudato.

831. Demittit[e] legitur et dimisit. W C

832. Exemplum legitur et exemplar.

Exemplumque s. ut in manu agnosceret, quem admodum fuisset ipse periturus, nisi eandem decidi a se properasset. W'CG'

833. Putavit legitur et putaret. W C

834. Maturae mortis quia brevis est. W'CG'

---

1 est *om. U* ‖ 2 ⟨Testatus⟩ vel ⟨testa⟩tor *U* ‖ 3 Vergilius] *Aen. VI 278* | et] tum *Verg.* ‖ 6 sunt . . . dicuntur *om. G'* | tureae *EAR'* tureia *W'* | rurẹ eiudicentur *C* | vocantur *E* ‖ 7 hae *UEAR'* | Dicit . . . 9 perrupit *om. E* ‖ 7 Dixit *G'* ‖ 8 non iam cito *G* nātacito *C* ‖ 9 perrumpit *G'* ‖ 10 his *G'* | in illis *om. C* | legunt *CG'*] leguntur *W'* ‖ 11 gentes *U* ‖ 13 deprehensum *C* | 14 quāsignis ſticiae eā *C* ‖ 15 ut ait] Ut · Aut *G* ut *U* quod *P* ‖ 16 factum *C* | 17 facit *U* ‖ 19 demisit *W* ‖ 20 exphar *W* | ⟨exemplar⟩ vel exemplum *P* ‖ 21 manu sua *U* ‖ 22 ipse *om. UAR'* | eadem *G'* | decidisset *G'* ‖ 24 ⟨putaret⟩ ⟨puta⟩vit *A*

WCG′ 835. Recto verbere id est cauda.

W′CG′ 836. Victi decus Orionis quia eundem percussit et inter sidera collocatus est.

WCG′ 837. Quis calcare t. m. nam brevis es, ideo non timebaris plurimum nocitura.

WC Salputa legitur et salpiga.

W′CG′ 838. Sua fila sorores ut facias hominibus fata, dum vulneras.

839. Quietem id est militibus Catonis.

843. Expositi volvuntur h. 'fatis expositi' id est ad serpentium morsus, unde poterant interire.

Calidoque vapore ut ad anhelitus eorum serpentes frigidi convenirent.

845. Rictus serpentum scilicet.

Torpente veneno per frigus scilicet.

849. Patimur cur segnia fata id est cur morimur tam segniter, qui nos gladiorum periculis voverimus?

854. Caeloque mori id est non serpentibus, sed hoc caelo, quod me venientem vicino igne prosternat.

856. Gentibus ablatum d. ș. o. id est viam nobis separaveras, qua nos voluimus pervenire.

860. Commercia transitus.

863. Tui recessus genitivus est singularis.

864. Et arcani miles t. c. o. 'tibi' id est tecum conscius, quod sit mundus ab hominibus separatus.

865. Maiora s. 'maiora' id est quam sustinuimus, patiemur fortasse graviora, quod secretum orbem sumus ingressi.

---

4 Quis . . . es *om. W* es] esse *C om. G′* ‖ 6 sabpiga *C* | ⟨salpiga⟩ vel salpugna *U* ‖ 7 filia *C* | faciant *G* ‖ 9 Catonis *om. W′C* ‖ 12 ut^{h}anditus *C* | ad *om G′* | anhelitu *G′* ‖ 14 serpentium *G′* ‖ 15 propter *G′AR′V* | scilicet] videlicet *U om. G′AR′V* ‖ 16 regnia C_1 segnia C_2 ‖ 17 voverimus *C*] voluerimus *W′P* pervenire voluerimus *G* ‖ 19 venientem] venentem *WC* veniente *G′R′V om. U* | prosternam *G′* ‖ 20 via *W′C* | est singularis *om. UG′* ‖ 24 tibi] ubi *WC om. UG′* ‖ 25 omnibus *U* ‖ 28 ingressuri *G′*

867. ISTINC legitur et ista. WCPD

869. QUAEREMUS FORSITAN tanta patiemur, ut dari nobis istas terras incipiamus optare, quas nunc serpentibus horremus inpletas. W'CG'

870. HABET HOC SOLATIA ordo est: hoc caelum habet solacia, quia hic vel serpentes vivunt. Dicit autem ultra nihil vivere.

872. ALIOS SOLES id est videntem; nam Europa occidens est, Asia oriens.

ASIAMQUE VIDENTEM id est alios soles. W'C

874. CYRENIS Cyrene civitas Libyae, quae Pentapolis nominatur. 'Cyrenis' ergo hominibus accipimus a Cyrene. W'CG'

875. LEGEM CONVERTIMUS A. hic enim ignis et calor est.

876. EVOLVIMUR ORBE hoc est: extra orbem egredimur exiguum.

877. TERGA DAMUS FERIENDA N. et venimus ad septentrionem, quod contra rationem est. W'CAR'

879. HAEC PETIMUS dicit, quae sint solacia: ut se illic persequatur inimicus. W'CG'

881. EXONERAT eicit et effundit. W'CA

883. FORTUNAM PROVOCAT H. hoc est: non cedit adversis.

884. UNUS id est Cato. WCG'

MISERIS vel fato. WCA

886. CONTULIT IN LETUM VIRES hoc est: vires, quibus uti deberet ad vitam, his Cato utebatur ad mortem, quod meritum plus apud eum quam salus ipsa constabat. W'CG'

PUDUITQUE G. I. T. M. quemcumque. WC

887. ILLO TESTE id est Catone. WCAR'

---

1 ⟨ista⟩ vel istinc *U* ‖ 3 incipiamus *G* incipimus *P* ‖ 5 est *om.* *G'* ‖ 6 Dicit *G'A R'*] dici *W'C* ‖ 7 nili *G'* ‖ 8 occidens est *G'*] occidentem *W'C* ‖ 9 orientem *W'C* ‖ 12 cinere *C* ‖ 13 ignis *om.* *U* | calor ... 14 ORBE] calorē etevolvim urbem *C* ‖ 15 exiguum *om.* *G'* ‖ 16 terra iam feriandam et *C* ‖ 17 sationem *W* ‖ 18 ille *C* | se illic] semper *G'* ‖ 19 sequatur *P* ‖ 20 et *om.* *U* ‖ 21 adversus *U* ‖ 23 miseriis *W* | fatis *A* | ⟨fatis⟩ vel miseris *P* ‖ 24 IN] i. *G* ad *W'CP* *om.* *U* ‖ 27 i. quemque U_2 ‖ 28 catonem *C*

W'CG' 887. QUOD IUS H. IN I. sensus hic est: periculum, quod ipse poterat sustinere, hoc alio patiente calcabat; non ergo securitate, sed virtute vincebat contemnere alterum iubens quicquid erat et ipse passurus.

WCG' IN IPSUM scilicet in Catonem.

WC 888. CASUS genitivus casus est: huius casus.

